

- Kymenna*, id est Ampulla. *Mart. Rul.* & *Johns.*
Kymia, vid. Kuria. Vocatur etiam Kymia Cucurbita, è qua fit Destillatio. *Mart. Rul.*
Kymit elevatum, i. e. Cinnabrium album rotatum. *Mart. Rul.*
Kymolea, *Khymolea* & *Cbymolea*, dicitur Lutum illud, quod sub Cete colligitur. *Mart. Rul.* & *Johns.*
Kymum, vel *Kyminum*, id est Coadunatio. Germ. Vereinigung. *Mart. Ruland.* & *Johnsonus.*
Kymus, vid. Kuria, Kymum vel Kyminum, Coadunatio. Germ. Vereinigung.
Kyra, *Kift* & *Kiva*, id est Opopanax, vocatur & Kyva.
Kyram, est Nix. *Mart. Rul.* & *Johns.*
Kyranides, *Gisentera*, sunt Terræ intestina seu Lumbrici, vel Vermes terrestres. Germ. Regen-Würmb. *Johnson.*
Kyva, *Kyra*, *Kift* & *Kiva*, id est Opopanax. *Mart. Rul.* & *Johns.*

L.

- L**aaman, id est Stercus Columbinum. Germ. Tauben-Roth. *Sylvatic.*
L. A. ita notatum, seu à Medicis præscriptum, legendum est, Legge Artis. Germ. Nach der Kunst / Kunstmäßig/ oder Kunst gemäß. *Labdannm*, vid. Ladanum. Germ. Gummi Ladanum.
Labis, vocatur Forceps aut Volsella, quā aliquid apprehenditur & extrahitur, *Galen.* lib. 3 cap. 3. & *Hippocr.*
Laboratores Chymici, sunt illi qui Chymica tractant vel præparant. Germ. Chymische Laboranten. *Lex. Brun.*
Laboratorium, est ille locus, in quo Chymici suas Operationes magna cum instrumentorum & fornacum pompā, & unicā ex tribus aut quatuor instrumentis omne, quidquid volunt, peragunt. Sic & omnis Officina Pharmaceutica Laboratorium est. Germ. Eine Chymische Werkstatt / oder Apotheke. *Lex. Blanc.*
Labores Chymici, sunt Operationes Chymicæ. *Libav.* Tract. de Igne Naturæ. cap. 50.
Labrax, est Nomen Piscis, Lupi marini seu Pelagii, *Galen.* lib. 3. de Aliment. fac. cap. 26.
Labrum, est Vas in quo Balneum instituitur, *Lex. Brun.*
Labrum & *Lavacrum Veneris*, vid. Herb. Cardui Fullonum.
Labruscæ flores, *Lambruscae*, sive *Vitis sylvestris flores*, Germ. Wild Weinreben Blüth.
Lac, seu *Gala*, Germ. Milch. Est Liquor albus ex Mammis vel Uberibus emulatus; fit sequestratione Chyli à Sangine arterioso, per Glandulas mammillares. Lactis Generatio incipit plerumque post Fætus Gestationem, vel paulò ante Partum: definit vero in Vetus, Gravidis & Menstruatis. Ipse quoque Chylus Lactis denominationem meretur. Sic & Albi Succi, ex Taraxaco, Esula, Papavere, Tithymallo &c. emanantes, Lac vocantur. *Lex. Brun.*
Lac Aluminis, fit ex vasa albuminis Ovorum 3vj. Iris Onis 3j. Vv. Wij. optimè & diu in Vase vitro conquaftatis, ut fiat instar lactis. Germ. Alaun-Milch/ oder Wasser.
Lac Ammoniaci, Rx. Gummi Ammoniaci selectissimi gij solvantur in v. Hyssopi frigidæ 3vj. in Mortario frido f. a.
Lac Asinum, Germ. Esels-Milch/ est Liquor iste albus, ex Uberibus Animalis istius quadrupedis notissimi, emulitus. Nutrit, abstergit fortiter, hinc in Phthisi utile &c. vid. *Aldrov.* lib. 1, cap. 2.

Lab

Lac Linte, Germ. Mohn-Milch. *Agaricus mineralis*, seu *saxatilis*, *Marga saxatilis alba*, *Stenomarga alba*, *Gleba Norwegica albicans*; dicitur *Agaricus Mineralis*, quia candore, levitate & ratione *Agarico vulgari* prorsus similis. Plura legenda apud *Ettmull. Schreder. Hoffmann.* & alios.

Lac Papaveris, est Opium. vid. Opium. *Mart. Rul.*

Lac recens, *Neogala*, Germ. Frische Milch. vid. Lac.

Lac Scammonii, &c. *X scammonii* ʒvj, affunde in Mortario frigido paulatim ۪ & *Cinamomi hordeati* ʒvij. inter assundendum diu agitando. Liquor lactescens separetur a picea substantia, & servetur ad usum. Vocatur & Liquor acuens.

Lac Sulphuris, seu *Magisterium Sulphuris*, præparature ex duobus partibus Florum ፩ris, tribus partibus ፩lis ፩ri cum s. q. ۪ pluvialis destillatæ, coquendæ & semper agitandæ Lixivium forte, rubrum & clarum, cui claro instillatur ፩, ፩tum ۪ dulci edulcoratur & exsiccatur. Præparatur quoque ex *X Sulph. p. 1* ፩ vœ vel ፩is ፩ri p. 3. Coq. in s. q. ۪ ad Sulphuris solutionem: filtra calidè, ፩ta cum ፩ vel ፩tri ac Urina puero- rum, edulcora & sicca s. a.

Lac Virginis, est ۪ ፩ rialis, vocatur quoque ፩ us *Philosophorum*, & *Succus Lunariae & Solariae*. *Mart. Rul. & Johns.* Præparatur alias ex One, ፩sa, ፩no per coctionem in ፩to, ۪ *Nymphaea*, *Plantaginis* &c.

Lacapalon, quid sit incertum est, nec etiam saepè à Medicis usurpatum. Meminit ejus *Egineta*, lib. 7. cap. 22. in *Cypheos magni compositione*. Ubi simul exponit per Corticem piceæ aut alterius cujusdam arboris. *Ruellius* vero existimat esse *Nascophthum* vel *Narcophthum*, *Aromatis genus*, quod ex India deportabatur, Suffimentis optimum, notante *Gorrhœo*.

Lacca seu *Lacce Gummi & Carcamum Mejue*. Est Resina sicca. Myrrhæ rubræ similis, masticata, salivam rubro colore tingens; accensa vel tusa, suave oïens. vid. *Gummi Laccæ* apud *Schrœd.* & alios.

Lacca Florentina, præparatur s. a. ex Vermiculis Coccionellis volantibus per additionem C. C. usi vel Cretæ. Germ. *Florentiner Lacca*.

Lacce Gummi, quidam volunt quod sit Alimentum, quod Formicæ exsugant instar Apum ex Plantis & Arboribns, quod instar Mellis ab iis redditur. Alii vocant Formicarum Stercus. vid. *Amatus Iustianus*, *Aldrovaldus*, *Garcia ab Horto* & alii.

Lacerta, est nomen Animalculi quadrupedis digitati, itemque nomen Piscium, vid. *Aldrov. lib. 2. & 3.*

Lacerta rubra, Spagyricis vocatur Colcothar seu Vitriolum ad rubedinem calcinatum, *Mart. Rul. & Johns.*

Lacerta viridis, vid. Colcothar Paracelsi.

Lachanon, vid. Olus. Germ. *Röhl. Kraut*.

Lachryma, vid. Dacryon. Germ. *Thränen. Lex. Brun.*

Lachryma Abietis, est Oleum Abietinum. Germ. *Fliessend oder dünn Dambrenz*

Lachryma Aquile volatilis, est ፩ ፩ ci volatile (Hars.)

Lachryma seu Balsamum Copayvæ, vid. Balsamum Copayvæ, seu Copayvæ Bals.

Lachryma Draconis, est Sanguis Draconis. Germ. *Drachen-Bluth*.

Lachryma Juniperi, vid. Sandaracha Arabum.

Lachryma Lentisci, vid. Mastiche seu Mastix. Germ. *Mastix*.

Lachryma Medica, seu *Syriaca*, est Aſa foetida. Germ. *Leuffels. Dred.*

Lachryme, seu *Lapides & Sordes*, quæ in Oculorum angulis Cervorum repe- riuntur. Germ. *Hirich. Tränen*.

Lachryma Maspeti, Laserfæridum. Medicum & *Syriacum*, est Aſa foetida.

Lattis & Vini aa. partes æquales, *Oenogala*.

Lactuca, Germ. *Lattich* vid. Herb. *Lactucæ*, seu Sem. *Lactucæ*.

Lactuca Caprina seu *marina*, *Lactaria* est *Tithymalus*, vid. Rad. *Esula*. Germ.

Wolfs. Milch. Wurzel.

Lactuca leporina, *Sonchus albus*, *Lactucella*, *Cicerbita*, Germ. *Hasen-Röhl.*

Lactucella, Cicerbita, Sonchus, Germ. Hasen-Köhl. vid. Herbas.

Lacuna, idem est quod Infundibulum, vid. Choana, *Lex. Br.*

Lacune, id est Terra sigillata. *Mart. Rul. & Johns.*

Ladanum seu *Labdanum*, est Liquor pinguis ex Cisti Ledon Foliis exudans, qui canicularibus diebus in Arabia, Candia, Cypro, Lybia &c. instrumentis quibusdam colligitur, & postea soli, ut induretur, exponitur. Quod ad nos fertur, durum est, friabile, colore opacum, cinereum aut subnigrum, inflammabile, cuius Fumus grati est odoris, ideoque in Suffitibus & Oderamentis usitatissimum, vocatur & Lado, Ladon, Lapdanum, Ledum & Laudanum Officinarum, Germ. Laudanum.

Latificans, epitheton est quorundam Medicamentorum & Confectionum Sanguini & Spiritibus activitatem & spirituositatem conciliantium, quae profunt in Melancholia, & Virium vitalium animaliumque languore. Taliia occurunt in Dispensatoriis Augustano & Norimbergensi, quorum unum est *Rhasis*, alterum *Nicolai Prepositi*. Formulas quoque exhibet similis *Langius* lib. 3. Ep. 1. cap. 6. & 7.

Levigatio, est arctissima Trituratio, quâ Medicamentum aliquod in Marmore, Porphyrite, vel alio Lapide polito, affusò Liquore conveniente, vel etiam Vino, Mola parva lapidea, Manu versatili, tam diu versatur, ut in Pollinis Pulverisque penè impalbabilis formam redigatur, eò modo, quod Pictores colores præparare solent, Chymicis dicitur Alcohol. Levigatio seu Alcolismus, Chymicis est Calcinatio, quae rem pulverisando in Alcohol adducit. Et est Reductio quorundam per Glutinationem, quorundam per Fusionem aut Fulminationem. *Mart. Rul. & Johns.*

Laganon, Placentæ genus est & species Itriorum, vilior, crassique Succi & tardè commeantis, utpote ex Similagine parata. *Galen.* lib. 1. de Aliment. facult. cap. 4. vid. Itrion.

Lagiasich, i. e. Piper album. Germ. Weisser Pfiffer. *Matth. Sylvat.*

Lagophthalmum, *Oculus Leporis*, *Avaricia*, *Geum*, vid. Rad. Caryophyllat. Germ. Nägelein Buzzel.

Lagopodium, *Trifolium arvense*, *Lagopus*. Germ. Hasen-Klee, vid. Herbas.

Lagopus, Germ. Hasen-Pföddlein, vid. Herbas.

Lagopus, præter significatiōnem Botanicam est nomen Perdicis albæ, quæ & Perdix Alpina vel Alpestris dicitur, cuius Descriptionem cum usu in Cibo & Medicina, tradit *Aldrov.* lib. 13. Ornithol. cap. 21.

Lagos, *Lagoos*, *Lagaos*, vid. Lepus. Germ. Ein Has.

Lahab, est Salvia. Germ. Salben. Avic.

Lahabum, est Mucilago cuiuscunque rei, v. gr. Psilli, Sem. Lini, Fœnu Græci.

Lamar & Lamatii, est Gummi Arabicum. *Mart. Rul. & Johns.*

Lamare, Lamere & Lampe, est Sulphur. *Mart. Rul. & Johnsonus.*

Lambitivum, idem quod *Linctus* vel *Looh*, Eclegma, vid. Eclectos. *Lex. Br.*

Lamina, Germ. Ein Blech. *Lamina* plumbea, legitur apud Eginet. *Molybdos.*

Lamina ferrea. Germ. Eisen Blech. *Lamina* item significat Auripigmentum ☐. *Mart. Rul. & Johns.* Sign. ☐, □.

Lamium seu *Urtica mortua*. Germ. Zaube Nessel. vid. Flor. Urticæ mortuæ.

Lampe, significat vel Spumam, & ita idem est quod *Aphros*, vel significat id, quod in Aceto supernat Vino adulterato, item pingue quoddam glutinosum, quod Olivis muriâ conditis supernat. *Erotianus* in Onomast. pag. 70. &c.

Lampetra & *Lampreta*, seu *Mustela Piscis*. Germ. Walruppe. Est Nomen Piscis & Serpentino genere, vid. *Aldrov.* & *Strabon.* &c.

Lampyris, vid. *Nitedula* seu *Cicindula*, vel *Noctiluca*.

Lana arborea, *Lana Xylina*, *Bombax* & *Bombax*, *Cotonium* & *Cotum*, Germ. Baumwollen. vid. Gossypium.

Lana illota, vid. *Eirion*, *Erion* seu *Succida*. Sign. ॥

Lanaria & *Candelaria*, vid. *Verbascum*, vel *Flores vel Herbam*.

Lanaria

Lanaria Fuchsii, est Lavaria vel Saponaria. Germ. *Geyffen-Kraut*, vid. Herbas.

Lanarius, est nomen Accipitris vel Falconis, ita dicti, vel à laniandis aviculis, vel quod multas molles plumas lanarum instar habeat. *Aldrov. lib. 5. Ornithol. c. 11.*

Lancea Christi, *Lingua viperina*, vid. Ophioglossum. Germ. *Marter-Zunglein*.

Lancolata, vid. Herb. Rad. & Sem. Plantaginis.

Lanis, idem quod Lanarius, *Aldrov. d. 1. & cap. 12.*

Lans, id est Argentum Mortuum. *Mart. Rul. & Johns.*

Lanugo Arborum, est Muscus. Germ. *Moos*.

Lanugo, in Phytologia sunt Filamenta tenella, cuticulæ extimæ, instar Pilorum seu Lanæ adnascentia, ut in Verbasco, Gnaphalio &c. Germ. *Wolle / so sich an Kräutern anhängt*.

Lanx, significat Trutinam, quæ res ponderantur, vel potius duo Vascula ampla in Trutina, quibus res ponderandæ imponuntur; Lanx & Laum quoque dicuntur Amygdala amara. Germ. *Bittere Mandel. Mart. Rul.*

Laos, id est Stannum. 4. Germ. *Zinn. Mart. Rul. & Johns.*

Lapathum acutum seu *Rumex*, vid. Radices Lapathi acuti.

Lapathum latifolium, *domesticum*, *bortense* seu *sativum*, seu Radices *Patientia*, vid. Rhabarbarum Monachorum.

Lapidarius, est ♀ Caballinum. Germ. *Kof-Schwefel*.

Lapides, seu *Lapilli Cancrorum*, seu *Gammororum*, nihil aliud sunt quam Mucus coagulatus in Capitibus vel Ventriculis Cancrorum, ex quo denuò resoluto fit Renovatio Cancrorum, dum deponunt antiquam Crustam. & mensa Majo ac Junio novam induunt, quæ generatur ex! Lapillis resolutis in Liquorem lacteum. Tunc enim temporis Cancri ægrotant, quando in Stomacho coagulati Lapilli resolvuntur & mutantur in Crustam. Lapides seu Lapilli isti Cancrorum candidi, cærulei & rotundi, vocantur vulgo *Oculi Cancrorum*, quia quasi formam habent Oculorum: Sed inépte vocantur Oculi, quod non fungantur Oculorum munere, nec extra eminent, nec toto durent anno. Germ. *Krebs-Augen / oder Krebs-Stein*. Plura legenda sunt apud *Helmont. Poterium, Ettmullerum, & alios*.

Lapides minus preciosi, sunt Aëties, Alabastrites, Amianthus seu Oplumosum, Armenius seu Armenus, Crystallus, Hæmatites, Judaicus, Lyncis, Magnes, Nephriticus, Ophites, Ostiocolla, Pum. Silex, Specularis seu Selénites, Spongites. &c.

Lapides preciosi seu *Gemmæ*, Amethystus, Carneolus seu Sarda, Chrysolithus seu Chrysoprasius, Granatus, Hyacinthus, Lazulus, Rubinus seu Carbunculus, Saphyrus & Smaragdus.

Lapides, in singulis Tribus mundi Regnis locum sibi vendicant. In Animalibus habentur, uti Calculi ex Corpore humano, Lapis porcinus, Bezoar &c. Inter Mineralia sunt Lapides preciosi & minus preciosi. Inter Vegetabilia, Cortices duriores Nucleum includentes, dicuntur Lapides. Nonnullis quoque imponitur Medicamentis, quæ adduritiem Lapideam vel Terrestrem excocta sunt *Lex. Blanc. Sign. V, ♫, ♪, ♭, ♯, €*.

Lapidum varia genera enumerat. Mart. Rul. pag. 284. ad 292.

Lapides, sunt Sordes, seu Lachrymæ, quæ in Oculorum angulis Cervorum reperiuntur. Germ. *Hirsch-Tränen*.

Lapidescens, idem fere quod Lapideus, nisi quod illud vocabulum magis exprimat passionem illam mutationis in Naturam Saxeam, quam anteà nondum habuit. &c. *Lex. Brun.*

Lapidum mortificatio, est eorum Calcinatio. *Johnson. Lex.*

Lapillatio, Terminus Paracelsicus, indicans Lapidescentiam sive Generationem Calculi ex Illastro, sive de Visco in loco alieno, ubi possibile fuerit lapilari, vel tartarizari. *Fragment. Medic. ad Tom. III. referend. lib. 1. de Tartaro Cap. 8.*

Lapilli Eritbrei, Baccæ Conchæ, Perle seu Uniones. Germ. *Perlein*. vid. Margar.

Lapillus, seu *Lapis Carpionis*. Germ. Karpfen-Stein. Est Lapis triangularis, qui in capite vel cervice Carpionis invenitur, magnitudine proportionate Piscis, coloris extra candidi, intus ferè flavi. Calculosis, Colicis passionibus, Comitialibusque conferre statuitur, & adversatur ebullitioni flavæ Bilis ore contentus.

Lapillus, seu *Lapis Percarum*, Germ. Pers / Persig / und Persing-Stein / oder Rau-Bersig-Stein. Est Lapillus vel Gemma Piscis Percæ, quæ binæ in ejus capite reperiuntur, ad magnitudinem ferè Seminis Lini sed candidæ. In frangendo Calculo nil præstantius. (lib. 37. cap. 10.)

Lapis Abeston, est Coloris ferrei, qui secundum Plinium in Arabia invenitur. **Lapis Adiz**, id est Sal Armoniacum *. Germ. Salmiar. Mart. Rul. & Johns. **Lapis Ærosus Plinii**, est Lapis Calaminaris, Germ. Galmen / oder Galmen-Stein. **Lapis Aëtites**, *Lapis Aquile*, seu *Aquilinus*. Germ. Adler Stein. Ab Aquilis nomen habet, à quib⁹ ut multi ferunt, desertur ad Ovorum calorem contemperandum, ne nimis calefiant, dum incumbuntur. Et est Lapis veluti prægnans, alio, cum quatitur, quasi sonante. Rotundam & globosam, scabram, & interdum lævem faciem obtinet, variatque tum colore tum magnitudine, & vulgaris est notitiae. Plura legenda sunt apud Job. Laur. Bauschium in suo Tract. de Lapide Ætite.

Lapis Agapis, seu *Agathes*, vid. *Lapis Judaicus*. Germ. Juden-Stein.

Lapis Alabastrites, seu *Alabastrum*, Onyx. Germ. Alabaster-Stein. e Marmororum generibus est, & ab Alabastro, Urbe Ægypti dictum, plerumque album & perspicuum, quo & Imagines sculpturæ, & Antiqui ad Vasa Unguentaria & alia utebantur. In Officinis ejus usus rarus est, nisi quodd ad Unguentum Alabastrinum adhibeatur.

Lapis Allectorius, invenitur in Ventribus Gallorum Gallinaceorum, Crystallo similis, vel Aquæ limpidæ; & ait Albertus, quod iste Lapis sit nitens, Crystallo obscuro similis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Lapis Amandinus, est Gemma, coloris varii, Venenum omne extingueens, aut reprimens, & vincere facit Adversarios, & plenam interpretationem Somniorum facit intelligi. Albert.

Lapis Amethystus, & *Ametisthus*, Germ. Amethyst-Stein. Est Lapis ex India delatus, colore purpureus, violaceo permixtus, leviter quasdam flammulas emittens. Ejus quæque species perhibentur. vid. Renodeus.

Lapis Amianthus seu *Asbestus*, non est Alumen plumbeum seu plumosum ut quidam volunt, sed est distincta species Lapidis ab Alumine plomo: Nam Alumen plumosum adstringit & non pungit, hic contra Lapis Amianthus, pungit & non adstringit. Ex hoc Lapide præparantur Ellychnia incombustibilia: vid. Ettmull. in Regno Mineral. pag. 220.

Lapis Andromada, est Lapis coloris Argentei; ut plurimum in Mare rubro nascitur; est autem quadratus & durus sicut Adamas. Albert.

Lapis Angeli conjungentis, est Sal *. vid. *Sal Armoniacum*. Germ. Salmiar.

Lapis Animalis, est Sanguis Humanus, item Currens, quæscutum portat in Dorsu. Germ. Schistkrodt. sunt etiam Lrides animales; qui in Animalibus reperiuntur, ut Bezoar, Calculi, Lap. Caner. Carpionum, Percarum &c.

Lapis Antimonii medicinalis, est ♂ fixum, sive Regulus ♂ nii medicinalis.

Lapis Aquile, seu *Aquilinus*, vid. *Lap. Ætites*.

Lapis Arabicus, similis est Ebori masculo, cuius usus in Dentifriciis & in exsiccandis Hæmorrhoidibus est. Verum qualis sit ille lapis, multi Viri docti disputarūt, & adhuc disputant, sed si acute vis considerare, Lapis Arabicus non est aliis, quam Specularis, seu Lapis Lunæ, seu Glacies Mariæ. Germ. Spiegelß oder Unser Frauen Enß. vid. Mart. Rul. & Johns. Lex.

Lapis Arcadie, est Lapis, qui cum accenditur nonextinguitur. Sylvat.

Lapis Armenius seu *Armenius* & *Lapis Malachites*.  Germ. Armenien-Stein / Berg-Blau. Est Lapis cæruleus, inspersus hinc inde maculis viri, dibus, valde congener Lapid Lazuli, & non videntur inter se differre, nisi quod Lapis Lazuli sit quasi maturus & magis perfectus, hic imperfectus & immaturus, adeo ut

ut Lapis Armenus perficiatur ex Duna immatura conjuncta adhuc cum ^{gre}
vel Cupro ex quibus duobus metallis etiam obtinet suas virtutes, Lapis
Armenus & Lapis Lazuli. vid. Schröderus, Ettmüllerus & alii.

Lapis Asbestus, vid. Lapis Amianthus.

Lapis Asius, optimus est, *Dioscorid.* lib. 5. cap. 88. qui colore Pumicis, levis,
fungosus, friabilis, scissiles venas lutei coloris ad imum actas habet. Di-
citur Lapis tantum propter colorem & substantiam lapidis; Nam duritia
sua non est Lapis, quia levis est & fungosus. Vocatur Lapis Asius, quod
in Aso, monte Troadis, nascitur. vid. Mart. Rul. & Johns.

Lapis Aureus, vocatur ipsa Urina, at ias quod sit lapis aureus. Johns.

Lapis Belemnites, vid. Lapis Lyncis, Germ. Albschöß/ oder Luchs-Stein.

Lapis Benedictus, vid. Occultus, id est Ovum. Mart. Rul. & Johns.

Lapis Berillus, lucidissimus est & clarus, similis Oleo, & quando volvitur, in
eo videtur moveria aqua. Albert.

Lapis Bezar, Bezahar, Bexohar, sive Bezoar, est etiam duplex sive triplex:
Lapis Bezoar Germanicus, Occidentalis & Orientalis.

Lapis Bezoar Germanicus, Germ. Teutscher Bezoar. Est Ægagropila in 1, 2, 3,
vel 4to stomacho Capræ Alpinæ seu Rupicapræ, sive Capreolæ vel Rupi-
capræ inventa (nam notum est, quod Bruta ruminantia soleant 4. Stoma-
chos habere) nominaturque à quibusdam Bezoar German. Dosis gr. v.xv.
ad ej. vid. Casp. Bauh. Borellus, Schröd. Veschius, Ettmüll. & alii. De Pila Capri-
na ad magnitudinem Capitis Infantis ist zu lesen in der Teutschen Material-
Rammer Joh. Jacobi Marren/ Materialisten in Nürnberg. fol. 160. Inve-
niuntur in India, Gallia, montibus Helvetiæ, & aliis locis Ægragopilæ.

Lapis Bezoar Occidentalis, est iste Lapis, qui in priori, sive posteriori Ventricu-
lo Capricervæ Occidentalis invenitur, Orientalibus ut plurimum major,
superficie scabré, colore cinereo, albo, nigro, obscurevè vidente (qui
optimus.) Dosis, à gr. v. ad 5j. usque ad gr. xv & ej. vid. Casparus Bauhin.
Borellus, Schröd. Ettmüll. & alii. Lapidés Bezoar Occ dentales, quo um
unus Unciarum 3j., 3ij. ad 3v. pendit, apud Experientissimum Pharmacopœum
Francofurtensem sub Signo Cygni albi D. Nicolaum Salzwedelium
videndi sunt.

Lapis Bezoar Orientalis, Germ. Orientalischer Bezoar Stein. In Proventricu-
lo & in Ventriculo potissimum aliisque cavitatibus internis Capricervæ
Orientalis repertus. Capricervæ Orientalis est Animal Indiæ aut Persiæ
Orientalis, partim Cervo simile, partim Capræ. Hinc sit, ut alius Capra au-
diat, alius Hircus, aliis Capricervæ, v. gr. dicitur Capra Indica, Amato,
Capra Montana Manardo, Capra sylvestris Lacune. Lapidis hujus Figu-
ra (variatenim) est ovalis, rotunda, scissili & intus cava (meditullio Paleam,
Pilos vel simile continens) superficies levis & splendens. Dantur &
adu terati seu falsi, confecti scil. ex Lapidum fragmentis & Pice artificio-
se coagmentatis. Artificium ergo consistit in eo, ut falsus à vero possit
cognosci & discerni: Cœterum hoc est difficultatis maximæ in cognitione
& electione, id quod clare deducit Hildanus Cent. 4. Observat. 14. & ut
legitur apud Schröderum, Zacutum Lusit. Bauhinum, Primoerium, Gui-
bernum, Wormium, Zwölfferum &c. Dosis hujus Lapidis à gr. v. ad x. usq; ad
xv & xx. Horum Lapidum Bezoar Orientalium Unciarum 3i., 3ii., 3iii.,
3v. j. ad 3ixj. apud Experientissimum Pharmacopœum Francofurtensem
sub Signo Cygni albi Dominum Nicolaum Salzwedelium videndi sunt.

Lapis Bezoar Veterum, quidam putant, quod sint Lachrymæ seu Sordes concre-
tæ in Angulis Oculorum Cervorum.

Lapis Bostrychites, vid. Alumen pluméum seu Linum saxatile seu vivum
Germ. Federweiss.

Lapis Bufonum, Bufonites, Chelonites, Batrachites, Bufonius, Myoxolithos.
Germ. Grotten Stein. Est Lapis pruni coloris ad rubeum vergentis. Pu-
tant

tant quidam quod hic in Capite veteris Bufonis inveniatur, vid. *Anselmus Boëtius*, & *Samuel Hafnerrefferus*.

Lapis Butleri, vid. fol. 40. in *Corpore Pharm. Cym. Med. Job. Helfr. Jungken*, Physici Francofurtensis.

Lapis Calaminaris, Germ. *Kalmen* oder *Gassmen-Stein* / qui alias vocatur *Cadmia lapidosa*, *Cadmia Metalli expers*, est *Lapis seu Cadmia fossilis*, & *Lapis Latoninus*, aliquando *subalbus*, aliquando *subflavus* & *subrubeus*, unde à *Glaubero* non immerito dicitur, quod habeat in se S & O reum. Reperitur saepius in *Metallorum fodiis*. Utuntur eo *Ærarii Fabri*, qui ex *Ære Aurichalcum* parant: Siquidem sine eo id parari non potest. Plura legenda sunt apud *Schroed. Ettmüllerum* & alios. Sign. F , X , D , T , P , L , K , Z , A , C , B , E , G , H .

Lapis Calaminaris, interdum apud Chymicos *Tutia* intelligitur. *Mart. Rul.*

Lapis Calcarius, est *Lapis ille gryseus*, ex quo beneficiō Δ nis fortiter calcinando, præparatur *Calx viva* sive *mutaria*. *Lapis calcarius* multis in locis invenitur. Germ. *Kalz-Stein*; vid. *Schräderus*, *Ettmüllerus* & alii plures. Sign. E .

Lapis Calcedonius, est pallidus & fuscus, aliquantulum obscurus. Hic si perforatur & collo suspenditur, dicitur valere contra Phantasticas elusiones ex Melancholia ortas. Germ. *Calcedonier-Stein*. *Albert.*

Lapis Calcis, apud Chymicos *Scoria Æris*, vel *Batitura Æris*. Germ. *Rupffer-Fenlig* oder *Rupffer-Schlag*. *Mart. Rul.*

Lapis Cancri, vid. *Lapides Cancrorum*. Germ. *Krebs-Augen* oder *Krebsstein*.

Lapis Carbunculus, vid. *Rubinus*.

Lapis Carminativus, calefactus & Umbilico impositus, omnes Flatus in Colica flatulenta sedat & expellit. Unde ratione virtutis *Carminativus* dictus. Videtur habere convenientiam cum Lapide Serpentino.

Lapis Carneolus, *Sarda* seu *Sardius*, Germ. *Carneol*, aliquando etiam nominatur *Bluthstein*. Non pellucidus est, sed rubidine quadam dilutus, ac carnis colorem repræsentans, unde *Carneolus*. *Sarda* vel *Sardius* vero dicitur, quod à *Sardibus* primū fuerit inventus. Colore autem variat, alii sunt rubri, alii exigua sanguinis rubidine tincti, alii subflavescentis rubedinis, quandoque *Cornelius* & *Corneolus* nominarur. *Laudatissimus Carneolus* in *Sardinia* invenitur, hinc in *Epyro* & *Ægypto*, sed *Babylonius* cæteris præfertur. *Arabici* & *Indici* etiam non contemnendi, ut nec *Europæi*. In *Bohemia*, *Silesia*, aliisque Regionibus præstantes inveniuntur. Spestat ad illa 5. Fragmenta Lapidum preciosorum.

Lapis Carpionis, vid. *Lapillus Carpionis*. Germ. *Karpffen-Stein*.

Lapis Castorei, qui ab Experientissimo *Job. Rudolfo Henrici*, *Pharmacopæo Francofurtensi*, in *Castoreo* repertus instar *Nucis Juglandis*, & apud ipsum videndus est.

Lapis Ceratites, vid. *Unicornu fossile*. Germ. *Gegraben Einhorn*.

Lapis Chalcedonius, *Carcedonius* sive *Charchedonius*, seu *Carchedonius*, Germ. *Chalcedonier* / *Carcodonier* oder *Carchedonier-Stein* / est *Lapis semipellucidus*, durus, colore obscure rubro Δ neo &c. vid. *Authores*.

Lapis Chelidonius, sive *Hirundinum*. Germ. *Schwalben-Stein*. Est *Lapis* qui invenitur in *Stomachis Pullorum Hirundinum*, ut ait *Mart. Rul. De Virtutibus* vid. *Boëtius*, *Weckerus*, & *Albertus Magnus* &c.

Lapis Chelonites, vid. *Lapis Bufonum*. Germ. *Krodtten-Stein*.

Lapis Cherubinicus, *Pyrælis*, *Scorpio*, S vegetans, est *Sulphur* S . Germ. *Schwefel*.

Lapis Chletrites, est *Lapis* qui per ∇ am ex *Alno corporatus*. Germ. *Erlenholz* in Stein verwandelt.

Lapis

Lapis Chrysolithus, Chrysoprasius, Chrysopatius & Ethesius, Veterum Topasius, Succi Porrorum viriditatem ex reo fulgentem eleganter refert, unde nomen accepit. Duo habentur Genera, Orientale & Europaeum. vid. Plinius, Andreas Baccius & Boëtius. &c. Germ. Chrysolith.

Lapis Cogalites, vid. Lapis Aquilæ.

Lapis Cottimus, est Medulla Lapidis Ætitis. Germ. Das Marck auf dem Adlerstein. Lapis Coranticas, est Lapis Crystallo similis, infecto Colore coeruleo, qui dicitur cadere aliquando de Nube cum Tonitru. Albert. in Lapidario.

Lapis Cornelius, est Coloris carnei. Hie apud Rhenum Fluvium invenitur frequentissime. Albert. loc. cit.

Lapis Corroſivus, Ger. Ein Eß oder eßend Stein. Präp. vulgari modo ex Lixivio, ex Ψ, □, & ¶ parato. De quo variae Compositiones inveniuntur.

Lapis Cos, est Lapis quo acuitur Ferrum. Perhibetur augmentari Mamillas Puellarum ante tempus, & Testiculos Puerorum. Avicenn. Germ. Weißstein.

Lapis Crystallinus, seu Crystallus. Germ. Crystall. Generari ex humore omnium purissimo sanè constat, quod omnium ferè Gemmarum vel Lapidum clarissimus translucidissimusq; sit. Gemmam si vocare libet, licet, modo omnium molliissimam dixeris, vel à similitudine coloris, qua Gemmas colorata Crystallus refert, Pseudo-Gemmam verbi gratia, Pseudo-Berillum, Pseudo-Topazium, Pseudo-Saphyrum, Pseudo-Smaragdum, quæ veris Gemmis molliores sunt. Sie & Iris vocatur Gemma à colore quem fronte applicata exhibet. Invenitur in Cypro, Lusitania, ex quibus locis adfertur quoque in Germaniam. Item in Bohemia, Hungaria & nonnunquam in Agris. vid. Schröd. fol. 349. Ettmull. de Regno Minerali fol. 223. & alii &c. Vocatur quoque Glacies dura.

Lapis dissolutivus, vid. Lapis Judaicus. Germ. Jüden Stein.

Lapis Dryites, est Lapis, qui per Aquam à Quercu corporatus. Germ. Eichenholz in Stein verwandelt.

Lapis Elatites, est Lapis, qui per Aquam ex Abiete corporatus. Germ. Tannenholz in Stein verwandelt.

Lapis Ematites, vid. Lapis Hæmatites. Germ. Bluth Stein.

Lapis Equinus, in Stomacho Equi inventus, cuius media pars ʒxiij. pendet, & tota pars erat ʒxxv. Dicta media pars adhuc apud experientissimum Pharmacopœum Fracofurtensem sub Signo Cygni albi, Dn. Nicolaum Salzwedelium videnda est.

Lapis Eracleus, vid. Lapis Magnes.

Lapis facili Δni liqueſcens. Germ. Flüß. Mart. Rul. & Johns.

Lapis Falconis, est Arsenicum o--o Johns.

Lapis famosus, vel pretiosus, vel etiam Sal de Urina. Mart. Rul. & Johns.

Lapis è felle Bovis, Germ. Stein auf einer Rinds Galle.

Lapis fissilis erosus. Item Aës cinereum. Germ. Schiefer. Mart. Rul. & Johns.

Lapis Gagates, vid. Gagates Lapis.

Lapis Gammarorum, Oculi Cancri officinarum, vid. Lap. seu Lapilli Cancrorum.

Germ. Krebs Augen/ oder Krebs Stein.

Lapis de Goa, præparatur ex Lap. Hyacinth. Topas. Saphir. Rubin. Margarita. aa. ʒij. Smaragd. ʒij. Bezoar Or. Corall. alb. rubr. aa. ʒij. Ambræ grys. Mosch. aa. ʒij. fol. ɔri N°. 40. fiat ʒ subtilissimus. Qui cum ɔ Rosar. in pastam subactus, efformetur in Pilas oblongas, Ovulis non absimiles, in umbra probè siccandas. Postea dentalio, entalio, seu aliâ ejusmodi Concha accuraſſimè (ut eleganter niteant) s. a. poliantur.

Lapis Granatus, vocatur quoq; Carbunculus Carchedonicus, seu Garamanticus, Sandrastus, Garamantites, Carchedonius Plinii. Germ. Granaten Stein. Sign. ᷄, ᷅, ᷆. Est Gemma pellucida, ex flavedine rubens, Δ instar, Miniiq; nativi vel factitii colorem ferè referens. Sunt diversa genera Gemmarum, quæ colorem Δnis æmulantur, adeoq; sub Carbunculis (quæ nomine à carbonibus sumpto Gemmas illas in genere vocant) comprehenduntur. uti Granatus, Hyacinthus, Rubinus &c. hinc sunt qui Granatum faciunt.

ciunt Rubinum obscuro colore; expositus enim Luci aut Oli, carbonis imaginem ostendit dilucidius, quam ipsemet Rubinus. Sunt Granatae alii vel aliæ Orientales, alii Occidentales. Orientales, ut meliores ita & pretiosiores, proinde Provinciam Officinalem solis Occidentalibus linquunt. Hi sunt Hispanici, Bohemici, & Silesiaci: è quibus Bohemici reliquos antecellunt. Est unus ex s. fragmentis Lapidum pretios. **Lapis Hæmatites**, seu *Petra Sanguinaria*, & *Lapis Sanguinarius*. Germ. Bluth-Stein. Nomen est Lapidis vel Glebae duriusculæ, & mediae naturæ inter Terram, Lapidem & Metallum, ita dictæ, vel quod Colore Sanguinem æmuletur, vel quod Sanguinem sistendi vim obtineat. Fractus instar ligni petrefacti Fibras oblongas habet, & in modum Acuum acutas. Ex Ferri fodiñis effoditur; generatur in pluribus Germaniaæ & Bohemiae montibus. Optimus friabilis, saturato colore rubro nigricante, durus, æqualis, nullâ forde admistâ, Cinnabatis habens colorem. Praestat Hispanicus. Lapis est participans de Minera Ætis, & etiam de Minera h. ni. vid. Bauschius, Ettmillerus, Polemannus, Wormius, Zactus Lusitanus, & alii. Sign. 8, ♦, 8, ♦.

Lapis Hæphestionis, id est Vulcani, qui & Pyrites, Kyranides &c. dicitur. Johnſ. **Lapis Heracleus**, vid. Lapis Lydius. Germ. Probier-Stein. **Lapis Hiruadimum**, vid. Lapis Chelidonium. Germ. Schwälben-Stein. **Lapis Holosteus**, vid. Ostiocolla. G. Weinbruch/ Weinwallen/ oder Bruch-Stein. **Lapis humanus**, seu *Calculus humanus*, à quibusdam *Ludus humanus* nominatur, à Paracelso vocatur proprio vocabulo Duelechi, quoniam è Spiritu urino-fo Urinæ, & Acidò est concretus & coagulatus. Commendatur ad resolutionem Calculi in Renibus & Vesica, si scil. artificio Chymico reducatur in summum primum Ens & c. Quod c. Calculi humani noverunt Paracels. & Helmontius. Qui plura scire cupit, adeat Barbett. Bontii Commen-tarium, Henrici ab Heer Observat. Tulpium & alios.

Lapis Hyacinthus, Germ. Hyacinth- oder Jacinth. Gemma est: Electri ferè colorē referens, magis tamen ex flavo splendescens, & quasi Fulgur aureum emittens. Sunt vero Orientales & Europæi; præstantissimi sunt Orientales, qui Colorem reserunt Minii nativi. Europæi inveniuntur ad Iseram Fluvium, in confinibus Silesiae & Bohemiae, suntq; Orientalibus ignobili-ores. Adscribitur s. fragmentis Lapidum pretiosorum.

Lapis Jaspis, Germ. Jaspis. Est Lapis Viridis, habens in se Venas rubeas. Alb. **Lapis Indicus**, vid. Indigo seu Indicum. Germ. Indig.

Lapis Judaicus, Agapis & Euroeos, Lapis Judaicus, & Dactylus Idæus, Tecolithus, Phœnicites, Pyrene, Eurene, Euresia, ita dictus à loco natali Judæa, in qua reperitur. Hic lapis Judaicus Olivæ specie subrotundus, tener & friabilis est, striis secundum longitudinem discurrentibus & æquidistantibus, ac si arte (tornò) factæ essent, colore est albo & subcinerreo. Dicitur Aëtio Lapis syriacus, aliis Agapis, Phenicites, Tecolithos. Ger. Jüden-Stein. Dosis Gr. v. ad gr. x. & xv. Plura legenda sunt apud Querc. Schröed. &c.

Lapis Kyranides, vid. Lapis Hæphestionis. Germ. Feuerstein.

Lapis Lazuli, seu Cæruleus, vel Cyantus Lapis, est Lapis opacus Saphiri colore, aut Florum Cyani, aureis punctulis & flammulis exornatus. Armeno duri-or. Exinde præparatur Color Ultramarinus, vulgo dictus, Asarum verò ex Lapide Armenio vel Cyano germanico. Arabice Hager, azul. Magnam habet convenientiam cum Lapide Armenico, participat enim uterque de Cupro, indeque Vitriolaceam sapiunt naturam, & exinde etiam in locis vitriolatis solent reperi, atque Virtutes suas maximè à re & lo deri-vant. Germ. Lazur-Stein / Lazur Blau. Dosis 9j. ad 9ij. & 9ij. Plura ie-genda sunt apud Bartoletum, Bootium, Ettmillerum, Schröderum, Wormi-um & alios. Sign. L, R, F, N.

Lapis Lydius, Coticula, Lapis Heracleus est, dicitur Lapis, qui reperitur in Flu-mine Tmolo & c alibi, cui Orum & Ætum attritum, colore examinatur. Hinc Judex Ori dicitur.

Lapis

300

Lapis Lyncis, sive *Belemnites*, à Sagitta cujus effigiem refert, seu *Dactylus Idæus* (à quibusdam Judaicus) à figura Dactyli & Ida Monte Cretæ Insulæ, ubi invenitur. Teres est & pyramidalis, sub variis Coloribus repertus. Inveniuntur albi, cinerei, nigri, pellucidi, Vini Falerni instar. Et hic forsitan est, quem Veteres Lyncurium appellant, quem & Succini speciem fecerunt, ob colorem, quem succinum refert, quemq; ex Urina Lupi cervarii seu Lyncis, simul ac ea excernitur, coagulari, nonnulli fabulantur. Vetus hic lapis gravè olet, & ne uestus quidem odorem deponit. Reperiuntur multis in locis Germaniæ, in Borussia, Pomeria, Episcopatu Hildesiensi, Helvetia, Ducatu Würtenbergensi, Goppingæ. In affectibus Nephriticis prodest. Germ. *Albschöß*/*Schößstein*/*Luchs-Stein*/*Tappenstein*.

Lapis Magnes, seu *Sideritis Plinii*, & *Lapis nauticus*, *Heraclia Galeni*, *Heracleotis Callimachi*. Germ. *Magnet*/*Magnet-Stein*/*Segel-Stein* / est Lapis Polos Mundi ostendens, Ferrum, Chalibemq; attrahens, præsertim ferreo Circulo armatus; Reperitur circa Ferri fodinas in diversis Germaniæ, Italiæ, Norwegiæ & Sueciæ locis. A quibusdam Lapis Heracleus & Herculeus nominatur. Ingreditur quædam Emplastra, ut Ferrum è vulneribus attrahatur; sed frustra, cum Magnes pulverisatus & præsertim uestus, vires suas amittat. Lapis Magnes, qui attrahit Wx apud experientissimum Pharmacopœum Francofurensem, sub Signo Cygni albi, Dn. Nicolaum Salzwedelium, videndus est. *Sign.* $\text{Z} \text{ } \text{d} \text{ } \text{M}$. $\text{+} \text{+} \text{+}$.

Lapis major, id est Spiritus ex 4. Corporibus, ieu 4. Elementis compositus, nominatus *Filius unius diei*. *Mart. Ruland.*

Lapis Malachites, vid. Malachites.

Lapis Marmor, Germ. *Marmolstein*. Est lapis insigniter durus, ac ad splendorem accipiendum, si poliatur, ita aptus, ut Statuæ vel Columnæ egregiè nitentes inde sculpi possint. Genera multa sunt, cum nec certa illis figura, nec color certus sit. Alia sunt alba, uti Alabastrites; alia rubra; alia nigra, ut Lydius Lapis; alia variis coloribus, uti Porphyrites, Ophites &c. vid. *Mart. Rul. Schröd.* & alii.

Lapis Medicamentosus, vid. *Crollius* fol. 270.

Lapis Mespili, Germ. *Mespel Kern*. vid. Sem. *Mespilorum*.

Lapis Morechtus, vid. Ostiocolla, seu *Lapis Ostiocollæ*. Germ. *Beinbruch*/*Beinswollen*/*Brüchstein*.

Lapis Myoxolithos, vid. *Lapis Bufonum*. Germ. *Krodt-Stein*.

Lapis Nauticus, vid. *Lapis Magnes*. Germ. *Magnet-Stein*.

Lapis Nephriticus, Germ. *Gries-Stein*. Est opacus & variegatus, ex Colore viridi, aliisque permistus. Raro hic Lapis in se duos Colores habet, semperque viriditatem ex albedine refert, alias viriditatem subflavam, interdum subcæruleam; plerumque ex viridi albo, flavo, cæruleo nigroq; colore mixtio est. Poliri exacte non potest, semper enim ipsius superficies pinguis appetet, quasi Oeo inuncta fuisset. Adfertur ex Hispania; in nonnullis etiam Germaniæ locis, & in Bohemia reperitur &c.

Lapis non Lapis, *Lapis de Virtute & efficaciâ*, non Lapis substantiâ. *Avicenna* & *Kodar* asserunt, quod Lapis non Lapis sit Elixir. vid. *Johns. Lex.*

Lapis Noster, apud Chymicos est $\text{D} \text{ } \text{tum vivum}$. g . Germ. *Quecksilber*.

Lapis Occultus, id est Benedictus, id est Ovum. *Mart. Rul.* & *Johns.*

Lapis Omnum Colorum, vid. Vitrum. Germ. *Glaß*.

Lapis Onix, Gemma dicitur nigri Coloris, albis venis variatum, quod venit ex India & Arabia. Germ. *Onix*. *Albert.*

Lapis Opacus, vid. *Lapis Nephriticus*. Germ. *Gries-Stein*.

Lapis Ophites, est Marmor instar Porphyritæ durissimus, colore viridi saturato, dilutis ejusdem coloris maculis, quasi aspersus, & vocatur Lapis Serpentinus. Ger. *Serpentin-Stein*/*Schlängen-Stein*/*Schlängen Marmorstein*/*Schlängen-Alabaster*. Foditur variis Ital. & Germ. locis, præsertim

in Misnia, is verò ob mollitiem rectius Alabastritus esse censetur, diciturq; Zeblicium. Externe adhibetur calidus in Colica passione, Pleuritide, Tornibus ac Ventriculo refrigerato, doloribus Podagricis, Nephriticis, calefactus enim Ophites, loco affecto applicatur.

Lapis Osticolla, seu *Ossifragus* & *Ostrites*, *Sabulosus*, *Osteolythus*, *Holosteus*, *Marochtus Matthiol*. *Osteocollus*, *Osteocolla*, *Sabulus*, *Mororetus*. Est Lapis albo cinereove colore, ossisque figuram æmulans. Nascitur in Palatinatu item in Saxonia, in Silesia &c. Crescit per hanc formam Coralli albi. Putatur hoc Remedio Ossa citè conglutinari, & callo obduci, si intus sumatur & Emplastris admisceatur. Germ. *Beinbruch*/ *Bruch*-*Stein*/ *Beinwalten*/ *Wallstein*/ *Steinbein*/ *Sand Stein*, &c.

Lapis Pavonius, vid. Malachites seu Malochites.

Lapis Percarum, vid. *Lapillus Percarum*. Germ. *Pars*/oder *Persing*-*Stein*.

Lapis Phegites, est Lapis qui per aquam è Fago corporatus, Germ. *Buchen-Holz* in *Stein* verwandelt.

Lapis Phenicites, vid. *Lapis Judaicus*. Germ. *Juden-Stein*.

Lapis Philosophicus, seu *Philosophorum*, est Virtus intensissima, & velut in Centrum Arte coarctata, quæ extensa Tincturam exhibet absque numero; vel est Medicina illa Universalis, per quam Veteres & Metalla transformarunt & Morbos omnes sanaverunt. Id etiam *Theophrastus* fecit. Plura legenda sunt apud *Mart. Rul.* à pag. 292. usq; ad 300.

Lapis Phrygius & *Pseudolyncurius*. Germ. *Phrygischer* und in der Apotheken *Luchs-Stein*.

Lapillus Prunellæ. vid. *Nitrum Tabulatum*. Germ. *Salpeter-Röcklein*.

Lapis Pumex albus, Germ. *Weisser Bimbsen-Stein*. Est Lapis erosus, porosus, spongiosus, exiguisque cavernulis, seu foraminibus plenus. Ad confluentiam Germaniae invenitur. Probantur, qui candore, minimoque pondere, ut & qui quam maxime spongiosi aridique sunt, trituque faciles, nec fricando arenosi &c.

Lapis Pumex niger, Germ. *Schwarzer Bimbsen-Stein*. Vulgo *Lapis Balnearum*, ad læviganda & purganda Corpora aptus.&c.

Lapis Pyrites, vid. *Pyrites*. Germ. *Feyerstein*.

Lapis Pyroneus, vid. *Sulphur vivum* ♀v. Germ. *Lebendiger Schwefel*.

Lapis Quandros, aliquando invenitur in Cerebro Vulturis. Virtus ejus fertur esse, quod replete Mamillas Lacte. *Albert. Enax.* &c.

Lapis Rubinus, seu *Carbunculus*. Germ. *Rubin- oder Carsuncel-Stein*. Gemma est pretiosissima, cuius ~~color~~ quasi flammæ & rutilus aspectu est. Quinque venditant Gemmarii Rubinorum Genera. Primum est eximiè rutilum & splendens, quod absolute Carbunculum: Alterum est minus fulgidum, quod Rubinum vocant. Tertium corruptè nominant à Cytino flore, quem refert: Quartum est Rubith, quem subinde Spinellum appellant. Quintum Granatus seu Carbunculus Garomanticus. *Rhenod.* Nobiliores Rubin in Insula Zeilon nascuntur. Optimi in Flumine Pegu, plerumque in fontibus in quibus Saphiri existunt, reperiuntur.

Lapis Sabulosus, vid. *Osteocolla*, seu *Ossifragus*. *Sign. Cym.*

Lapis Salsus, ut *Nitrum*, hoc est Sulphur album. Germ. *Salpeter*.

Lapis Salutis, præparatur ex *ci ſj. O. AB. aa. ſij. Oli viridis ſvj. Nitr. ſij. ♀ ſij. X fata coq. lento Δne cum f. q. ♀ ti, donec redigantur omnia in Lapidem durum.

Lapis Saphirus, *Sapphirus* & *Saphyrus Syrtites*, *Sapphyrus Cyaneus*. Germ. *Saphir-Stein*. Est Gemma pellucida, constans colore cœruleo seu Cyaneo, perquam translucido, cœlique sereni colorē referens, splendore & perspicuitate summa. Duplex autem est, & aliquando triplex. Sunt aliqui colore cœruleo albidi, alii cœruleo saturo: Hi mares, illi fæminæ appellantur, alii omni colore carent, albique vocantur. Orientales inveniuntur in Calecut, Conanor, Bisnagar, Zeilan, & præstantissimi in Regno Pegu. Occiden-

Occidentales, variis in locis reperiuntur. Confinia Bohemiæ & Silesiæ sati præstantes ferunt. Præstantiores tamen sunt Orientales. Color in Ignis facile aufertur. Saphyrus dicitur reddere hominem castum, pium & stabilem. In Affectibus Oculorum, in Morbillis & Variolis ne incurvant Oculis, unde circumducitur Circulus cum Saphiro, circa Palpebras & pulbum oculorum, ne laedantur. Commendatur etiam ad roborandum & restituendum Visum &c. Videantur Marcus Marci, Claudio, Ettmullerus & alii Authores. Annumeratur quoque quinq; fragmentis Lapidum Preciosorum.

Lapis Sardius, seu **Sarda**, vid. **Lapis Carneolus**. Germ. **Carneol**.

Lapis Setenites, & **Selenites**, dicitur species Lapidis Specularis candidissima, unde fiunt Fenestræ, Lignis levigatis, loco Plumbi. Dicitur & Aphrozel nus, quia noctu inveniatur & næ imaginem reddere. *Dioscorid. lib. 5. cap. 159.* *Mart. Rul. & Johnf. De occultis ejus viribus videatur Langius.*

Lapis Serpentinus, vid. **Lapis Ophites**. Germ. **Serpentin-Stein**.

Lapis Silex, Germ. **Rießlin** / **Rieselstein** / durissimum genus Saxi est, & Marmore durius, extrinsecus leve, differentias plurimas habet Schræderus. Aliquæ duri, ut ex iis Δ excutiatur, unde & Pyrites dicuntur. Germ. **Feuer-Stein**. vid. **Pyrites**. Germ. **Feuerstein**. *Sign. 9°*.

Lapis Smaragdus, **Lapis viridis Horatii**, nominatur quoque **Maragdus**. Germ. **Smaragd**. Gemma est preciosissima, elegantissima viriditate, eximia dignitate, efficiacissimâq; virtute, cæterisque præfertur Lapidibus Preciosis: Smaragdo enim nihil jucundius, nihilq; gratius oculis objicitur. Alii sunt Orientales, alii Occidentales. Orientales uti sunt virore amoenissim, ita & præstantissimi. Occidentales sunt, tam Peruviani quam Europæi Orientalibus ignobiliores. **Langius** existimat, **Galenum** per Jaspidem viridem intellexisse Smaragdum, lib. 2. ep. 49. **Prasinam Gemmam** quoq; vocari, testatur **Keuch. ad Samon.** pag. 277. Smaragdum fieri ex Cœlo & Vris & Vra & næ. Legitur in **Th. Chym.** Vol. I. pag. 487. &c. vid. **Auth. Plinius** 12. ponit Smaragdi species. Estque unus ex 5. fragmentis Lapidum Preciosorum.

Lapis Smiris, seu **Syris**. Germ. **Schmergel**. Est durissimus Lapis & asperimus apud **Mart. Rul. & Johnf.** quo utuntur Sculptores Annularii & alii Artifices ad scindendum Vitra & alios Lapides. **Dioseorides** utilem dicit ad erendum & urendum, & convenire Gingivis ulceratis & Dentifriciis &c.

Lapis Specularis, seu **Lapis Selenites**, vel **Glacies Mariae**. Germ. **Erdt-Glas** / **Sper-Glas** / **Unser Frauen Eys**. vel est **Aphrozelinum**, vel **Gypsum**, vel **Lapis & næ**. Lapis est fossilis instar Crystalli, pellucidus, ac in bracteas tenuissimas scissilis, ex candido melleoque fulgore nitens. Ejus species quædam pallidior, alia viridior deprehenditur. Invenitur in Moscova, Hispania, Saxonia, Thuringia, ac Misnia. &c. Rarioris est usus; nisi in partu difficulter ad ejus propinetur. Vocatur quoque **Oscula**.

Lapis Spongæ seu **Spongiarum**, **Lapis Spongites** & **Cystolithos**. Germ. **Schwämme-Stein**. Sic est appellatus, quod in Spongiis inveniatur, Cochleæ instar perforatus, & quidem utrinque testaceus existit: Colore est candido vel gryeo, porosus & friabilis; maximè ad Strumas discutiendas facit.

Lapis Stellatus, est de genere Marmororum, habens maculas ex Auro. *Mesue.*

Lapis Sulphuris, **Lapis Pyroneus**, vid. **Sulphur vivum**. Germ. **Lebendiger Schwefel**.

Lapis Syriacus, vid. **Lap Judaicus**. Germ. **Juden-Stein**.

Lapis Talcii seu **Talcum**, Germ. **Talc**. Lapis est Speculari lapidi similis, magis tamen tenuis & squamosus, Ignis resistens ac fixus, attactus digitis, pinuis esse censetur. Invenitur Talcum rubrum, quod \ominus , albidum quod Δ , viridiisculum, quod φ , nigrum quod \natural adscribitur. Probatur viridiisculum, & quod Venetiis ad nos transportatur, Moscoviticum tamen æquè

- bonum est. Talcum quoque refertur inter nomina Lapidis Philosophici, quæ recensentur in *Theatr. Chym.* Vol. IV. pag. 727. vid. Talcum.
- Lapis Thracius**, nascitur in Flumine Scythiae, cui Ponto nomen est. Vim habet Gagatis, accenditur vā & restinguitur, sicuti accidit in Bitumine.
- Lapis Topazius**, seu *Topazius*, Apoc. 21. Gemma dicitur, vel Lapis pretiosus, primum in Insula Chiti Arabiae inventus, cujus Descriptio cum viribus habetur apud *Chiocc. Muf. Calceol.* pag. 244. seq. Confunditur cum Chrysolitho, ita ut Veterum Chrysolithus sit hodiernorum Gemmariorum Topaziis. Topazium ex Cœlo ♂tis & ☽lis Terra constare legitur in *Th. Chym.* Vol. I. pag. 487.
- Lapis Tripolis**, vid. Tripolis. Germ. Trippel / vel Terra Tripolis.
- Lapis viridis Horatii**, vid. Lapis Smaragdus. Germ. Smaragd.
- Lappa**, vid. Bardana, seu Radices Bardanæ.
- Lar**, vid. Focus, est Vas in quo Plumbum purgatur. *Mart. Rul.* & *Johns.*
- Larbason**, dicitur *Plinio* lib. 33. Hist. Nat. cap. 6. Stibium, Stimmi & ḍ.
- Larigna Resina**, seu *Resina Laricis*, *Terebinthina vulgaris officinarum*. Germ. Lerchen Harz / glarirt oder clarirt / gemeiner Terpentin.
- Larix**, Germ. Der Lerchen-Baum. Cujus Resina est Terebinthina, & cujus Fungus Agaricus est, frequens est in districtu Tyrolensi, præterea in Capadoccia, Cicilia, Galacia, Italia &c. crescit.
- Larus**, est Avis Palmipes piscivora, clamosa, vid. *Aldrov.* lib. 19. cap. 4.
- Larusus**, est Auricula Muris. Germ. Mausohrlein. *Johns. Lexic.*
- Lasfer** seu *Lasferpitium Syriacum*, vid. Aſa seu Aſſa fœtida.
- Lasferpitium Europeum**, vid. Levisticum. Germ. Liebstöckel.
- Lasferpitium Germanicum**, vid. Imperatoria seu Rad. Imperatoriae.
- Lasferpitium Syriacum**, vid. Aſa seu Aſſa fœtida. Germ. Leuffels Dreck.
- Lasfur**, sunt Flores Amygdalarum. Germ. Mandel-Blüth. Syvat.
- Lasur**, *Paracelsi* di. itur Extractum transplantatum ex ♂to, lib. 3 de Gall. pust.
- Later**, idem quod Tegula, hoc est Lapis fictilis ex arena & luto paratus, cujus usus in Medicina nobilis, quatenus ex illo fit Ol. Philosophorum, sive de Lateribus dictum. Germ. Ziegelstein Oehl. Sign. █, █, █.
- Later, Lidro**, id est ♂tum vivum, ♀. Germ. Quecksilber. *Mart. Rul.* & *Johns.*
- Lateres cribrati**, sunt Lateres pulverisati. Sign. █, █, #, ##, █, █.
- Laterium**, i.e. Lixivium, item Capitellum. *Mart. Rul.* & *Johns.*
- Lathyris**, vid. Sem. Cataputiae minoris. Germ. Spring-Rörner.
- Lato, Laton, & Latum**, est Aurichalcum, sive Cuprum aureo coloretinctum Callaminari Lapide. *Mart. Rul.* & *Johns.*
- Latona**, Terra est nostra, quam sumimus ad Alchymiam peragendam, & hæc Terra Chymica, præ rebus omnibus aliis creatis, virtute & energia excellerit, ☽um enim & ♂tum & reliqua Metalla & Lrides pretiosos omnes in se coercet, imò perfectionem omnium Animalium & Vegetabilium in se ipsa recludit &c. *Johnsonus*.
- Latro fugitivus**, apud Chymicos est ♂tum vivum. ♀. Germ. Quecksilber.
- Lavacrum**, idem est quod Balneum. Sal nitrosus fusilis vocatur Lavacrum quoddam minerale Venarium Metallicarum & Semimetallicorum, imò & Metallicorum ipsum, quod sciunt etiam Aurifabri & Probatores Metallici. *Libav. Defens. Synt. contra Scheunem.* 1. cap. 9. Tom III. Oper. pag. 22.
- Lavacrum & Labrum Veneris**, Germ. Weber Karton. vid. Card. follonum.
- Lavatio**, idem quod Lotio, utrumq; idem significat quod Bainum. *Gal. lib. 8.* Meth. Med. cap. 2.
- Laudanum**, & non Ladanum, est Medicina Paracelsi ex ☽ro, Corallis, Unionibus, composita. Est etiam Materia perlata. *Johnson. Lex.*
- Laudanum opiatum**, est Nepenthes vegetabile, & est Extractum Opii compos.
- Laudanum**, quasi laudatum seu laude dignum Medicamentum, quod vim Opiam & Somniferam habet.
- Laudina** est Angelica, vid. Rad. Angelicæ. Germ. Angelica Mürzel.
- Lavendula**, *Spicafæmina*, *Nardus vulgaris*, seu *Pseudo-Nardus*, vid. Fl. Lavend. Lam

Lauum, & Lanx, sunt Amygdalæ amaræ. Germ. *Bittere Mandeln*. Johnson.

Laurax, vid. *Labrax*, est nomen Lupi Piscis marini seu Pelagii.

Laurentii Sandi Herba, I. est *Consolida media*. II. est *Sanicula*, & III. *Vincetoxicum*.

Laureola, vid. *Cort. Mezerei*, seu *Semen Cocognidii*.

Lauræ Bacca. Germ. *Lorbeer* / est *Fructus Arboris Lauri*; *Laurus* spontè nascitur in Italia, non solum in hortis, viridariisque ac vineis, in sylvis, præfertim locis maritimis, ac etiam in montibus ac collibus apricis *Dioscorid.* dicuntur & *Dapnides*.

Lauri Folia, Germ. *Lorbeer-Blätter* / sunt *Folia prioris dictæ Arboris*.

Laurinum Oleum, exprimitur ex *Baccis Lauri eleatis*, maturis, contritis & in f. q. ▽æ puræ coctis, refrigerata, Oleum ▽æ innatat.

Laurus Alexandrina, *Daphne Alexandrina*, *Bonifacia*, *Uvularia*. Germ. *Auffen-Bladt* / *Hauck-Bladt*. vid. *Hippoglossum in Herbis*.

Laxa Chymolea, *Paracelso* vocatur Medicamentum Purgans, præcipue in Morbo Gallico commendatum. Johnson. ita describit: *Laxa Chimolea* est Sal adnascens lapidibus, quale est *Anatron*, aut *Usnea Lapidea*.

Laxantia, sunt Medicamenta, quæ benignis stimulis emolliendo & detergendo, fæces ex Intestinis evanuant. Germ. *Laxierende Mittel*.

Lazuli Lapis, vid. *Lapis Lazuli*. Germ. *Lazur-Stein*.

Lazurium Dti, vel *Lazurinus*, nihil aliud est quam *Crocus Dnae*, de quo, vid. *Libav. Synt. Arcan. Chym. lib. 5. cap. 21*.

Leæna, nomen Animalis quadrupedis digitati fæmininum, cuius mas *Leo* vocatur. Est & *Emplastri* nomen, quod in *Leænae* modum malum penitus extirpare creditur, applicatum *Ischiadicis* & *Hemicranicis*, teste *Aetio*, lib. 12. & ex hoc *Gorreo*.

Leberis, significat Exuvias Serpentum, sive Senium Serpentum. *Hippocr.* lib. 1.

Lebes, id est *Olla*, *Trulla*, *Vas*, in quod aliquid infunditur ad coquendum vel asservandum. Pertinet ad Instrumenta Diæterica & Pharmaceutica. *Lex. Brun.* vid. & *Cacabus*.

Leborat, i. e. *Mandragora*. Germ. *Astrun*. *Serap.*

Lecision, vocatur Acetabulum parvum. vid. *Hippocr.*

Lecithos, significat Farinam Leguminum seu Lentium, & Ovi luteum seu Vitellum, *Hippocr.* lib. 1. & 2. &c.

Leffa, id est Herbarum Prædestinatio. *Mart. Rul.* & *Johns.*

Leffas, est occultus & bulliens Terræ Vapor, per quem Herbæ & Plantæ crescunt. *Mart. Rul.* & *Johns.*

Legumen, idem est, quod *Cereale Semen*, vid. *Cerealis*. *Lex. Brun.*

Leichen, dicitur & *Lichen*, vid. *Lichen*. Germ. *Steinleber-Kraut*.

Leios, id est *Lævitas* vid. *Lævigatio*. Germ. *Subtilmachung*. *Lex. Br.*

Lemnia, epitheton Terræ medicatae, quæ colligitur in Insula Lemno, est Terra spissa, levis, pinguis, rubricæ colore, adstringentis virtutis. De hac videatur *Galen.* lib. 9. de *simpl. Fac.* §. de Terra Samia. vid. *Bol. Armen.* & *Terram Lemniam*. An hodieque ad nos deferatur ▽*Lemnia vera*, dubitatur *Gorreo*.

Lemmiscus, Lat. *Turunda*, Linamentum vocatur in longitudinem implicitum & oblongum, quod *Vulneri* inditur. Germ. *Meissel* / *damit man die Wunden offen behält*. *Cels. lib. 5. cap. 26. Lex. Brun.*

Lemonium Gesneri, *Dracontium* & *Dracunculus*, vid. *Rad. Bistortæ*. Germ. *Natter-Wurzel*.

Lempina, *Lempinas*, *Johns.* *Lempnia* & *Lempnias*. M. *Rul.* est *Auripigmentum*.

Lempinas, *Johns.* & *Lempnias*. M. *Rul.* est *Terra sigillat*. Germ. *Gesigelte Erde*.

Lempinas Calcis, *Johns.* *Lempnias Calcis*. *Mart. Rul.* est *Batitura Æris*.

Zingibel, *Zingiber* et *Zinziber*, *Gingiber*, vid. *Rad. Zinziberis*. Germ. *Zingber*.

Leniens,

- Leniens, Lenis, Lenitivus**, generaliter idem significat quod Mitis.
Lenientia, sunt idem quod Laxantia. Germ. Laxierende Mittel.
Lens, Lendis, Insectum dicitur & soboles pediculorum, sive Pediculus adhuc tenellus, Ova pediculorum vulgus appellat. vid. Gal. & Aldrov.
Lens, Lentis, Lenticulæ, Phaci, Germ. Eine Linse / Leguminum species quædam notissima est, de cuius Usu, Cibo & Medicina, frequentissima fit mentione apud Hippocr.
Lens Palustris, Germ. Meer-Linsen / hæ Lentes rari sunt usus, nisi quod soleant applicari plantis Pedum pro temperando æstu febrili.
Lentiscina resina, seu Lachryma, est Mastix, vid. Mastix. Germ. Mastix-Holz.
Lentum Olivum, apud Seren. cap. 1. est Oleum rosaceum, sive Rhodelæon, notante Keuchen ad h. l. pag. 92.
Leo, Vocabulum est multæ significationis. I. significat Animal quadrupes digitatum, ferum & inter feras facile Princeps, & atrocissimum & fortissimum, cuius jubæ, arma & collum vestiunt in sexu masculino. Germ. Ein Löw. Aldrov. lib. 1. de Quadruped.
Leo, vocatur Insectum quoddam, quod formicis infidiatur, hinc Leo Formicarum appellatur; estq; vel ex Formicarum majorum, vel ex Erucarum genere. Aldrov. lib. 5. de Insectis cap. 1.
Leo, quoque est ex Crustaceorum & in specie Astacorum genere, qui Elephantus vocatur. Aldrov. lib. 2. de Crustatis. cap. 4.
Leo, Serpentis quoq; genus oblongum & maculosum, alias Cenchriten dictum Leonis nomine venire, patet ex Nicandro in Theriaca, & Aldrov. lib. 1. Histor. Serpent. & Dracon. cap. 12.
Leo, Spagyricis est Aurum ☽. Germ. Gold. Vocatur quoque Auripigmentum ☽. Germ. Oppermann. Mart. Rul. & Johns. & Aldrov.
Leo citrinus foliatus, id est Auripigmentum, & Folia ☽ri. Mart. Rul. & Johns.
Leo ruber, seu rubens, est Sanguis Leonis, ☉ Philosophorum, sive ☽lis ex quo ☽rum conficitur, Tinctura ☽lis, Mart. Rul. Johns. & Libav.
Leoviridis, est Æs Hermetis, ☉ ☽ri, ☉lum & ☉li Tinæ. Duenech, ☉ Philosophorum, Antimonium ☉, Aurum ☽. Mart. Rul. Johns. & Tb. Chym.
Leontopodium, Pes Leonis, est Alehimilla. Germ. Sinau vid. Herbas.
Lepas, vocatur Concha petris adhærescens. Gal. Hipp. & Gorraeus.
Lephante, Lephantes, & Lephanteus, est prima Tartari species, vel Bolus, medium tenens inter Lapides & Lutum. Mart. Rnl. & Johns.
Lepi Ferri, est Squama Ferri. Germ. Ensen-Schupp. Mart. Rul. & Johns.
Lepidium, Piperitis, Germ. Pfesser-Kraut. vid. Herb.
Lepis, id est Squama. Germ. Schuppen. Hipp. 4. Aph. 87.
Leporis Axungia, Germ. Hasen-Schmalz. Est pinguedo Animalis quadrupedis notissimi & timidissimi, à celeritate dictum, quasi Levipes.
Leporis Coagulum, est Coagulum Lactis in Stomacho Leporino. Germ. Hasen-Pipp/ oder Gerinsel.
Leporis Pili combusti, Germ. Gebrand Hasen-Haar.
Leporis Tali, Germ. Hasen-Sprung. vid. Talus seu Astragalus.
Lepos Calcis, est ☉ Æris. Mart. Rul. & Johns. Lex.
Leptophyllum, Planta Febrifuga, fel Terræ, est Centaurium minus. Germ. Laufsend guldens Kraut. vid. Herb.
Leptopyron, est Furfur macer. Germ. Magere Klänen.
Leptos, i. e. tenuis, gracilis, item Tenuitas.
Leptynon, dicitur Attenuans, vid. supra Attenuantia.
Lepus, est nomen Æquivocum. Primario significat Animal quadrupes velocissimum, digitatum, viviparum, timidissimum, quoad originem à celeritate dictum, quasi Levipes, cuius Descript. Ususque in Cibo & Medicina, vid. apud Aldrov. lib. 2. de Quadruped. Deinde etiam significat Animal molle, marinum, omnium venenosissimum, Lepus marinus dictum. vid. Aldrov. lib. 1. de Mollibus.

Lepus

- Lepus combustus*, Germ. Gebrannter Haase / comburitur in Olla testa.
- Lejolus*, Paracelso dicitur Sal summè diaphanum, quod curat Icterum.
- Leta*, est Calor rubens. *Mart. Rul. & Johns.*
- Leucanthemum*, est Chamomilla, vid. Flor. Chamomillæ. Germ. Chamissen.
- Levcargilio*, i. e. Argilla alba. Germ. Weisser Thon. *Plin. lib. 27. Cap. II. in fin.*
- Leucasia*, est Calx viva. Germ. Lebendiger Kalk. *M. Rul. & Johns.*
- Leucelectrum*, est Succinum album. Germ. Weisser Augenstein.
- Leuciscos*, est nomen Piscis ad mugiles pertinentis, qui latinè *Albicula vel Alburnus* dici posset. vid. *Galen. & Aldrov.*
- Leucochrus*, est species Vini falsi, ex passis prius Uvis, mox calcatis & Aqua marina maceratis, deinde in album mustum conjectis, compositi. *Gorr.*
- Leucænus*, est Vinum album. Germ. Weisser Wein.
- Leucographis*, Lapis dicitur in Ægypto nascentis, qui cùm subviridis appareat, tamen ea, si ad cotem affricetur, aut asperius pallium, locum dealbat. Eò etiam Linnea illustriora redduntur. *Gorr. ex Aëtio.*
- Leucojum*, vid. Cheyrus, seu Flores Cheyri. Germ. Gelbe Biolen.
- Leucon Ovi*, *Leucoma*, est Albumen Ovi, *ꝝ*. vid. Clareta.
- Leucophagium*, & *Leucophagum*, vocatur Medicamentum internum, quod fit ex Amygdalis in Aqua Rosarum maceratis & carne caponis vel perdicis elixa, contusa, & per setaceum trajecta. Usus est in Phthisi. *Mæb. Synops. epit. Inst. ult. & in Epit. lib. 5. Sect. 3. p. 2. c. 31.*
- Leucophyllum*, *Candelaria*, est Verbascum. Germ. Büßkraut / vid. Herbas.
- Leucophyllum*, est species Unguentisicci, cuius usus præcipuus ad Collum & Axillas est, quo illis odor gratus concilietur. vid. *Aëtius & Gorreus.*
- Leucopiper*, vid. Piper album. Germ. Weisser Pfeffer.
- Leucopyron*, est nomen Malagmatis apud *Galen. lib. 1. de C.M. P. G. c. 7.*
- LeviRaja*, i. e. *Raja lœvis*, est genus Piscis. vid. *Aldrov. lib. 3. de Pisc. c. 49.*
- Levis*, *Levitas*, in Chymicis Levia faciunt solutiones variæ, quando ex fixo fit volatile, ex spissio subtile, & quando corporeum in Spiritum resolvitur. *Libav. Synt. Arcan. Ch. lib. 6. cap. 10.*
- Levisticum*, Germ. Liebstöckel / vid. Herb. & Rad. seu Sem. Levistici.
- Leux*, est Amygdala. Germ. Mandeln. *Mart. Rul. & Johns. Lex.*
- Lexipharmacón*, idem significat quod Antidotus. *Gal. lib. 2. de Antid. cap. 6.*
- Lezaord*, est Lapis Lazuli.
- Libades*, significat Loca Fossarum eminentiora & præterea herbosa, aquosaq;. *Gal. lib. 2. de Alm. fac. cap. 40.*
- Libanion*, est nomen Collyri à Thure. vid. *Ægineta. lib. 3. cap. 22.*
- Libanotis*, est Rorismarinus, vid. Flor. seu Herb. Rorismarini.
- Libanotos*, latinè *Tbus. Olibanum*, ab Arbore Arabiæ cognomine proveniens. Dicitur & *Libanos*, quod alias Arbori ipsius nomen est: Est duplex: masculum, quod Granis rotundis colligitur instar testium. Alterum, Granis minoribus existens. *Micæthuriæ concussa elisæ* vocantur *Manna thuris*. vid. *Hippocr. & Olibanum.*
- Libanotus*, i. e. *Thus*. Germ. Wehrauch. *Galen.*
- Libella*, nomen Piscis cetacei est, latinè *Zygæna*. vid. *Lex. Brun.*
- Liber* & *Libellus*, quid sit, pueris notum est, Liber olim Corticem notavit, quemadmodum Codex Truncum, uti patet ex *Scribon. n. 174. 252.*
- Libisticum*, *Ligusticum*, *Levisticum*, Germ. Liebstöckel / vid. Herbas.
- Libra*, Germ. Ein Pfund / his Signis ornata *ꝝ*, *ꝝ*.
- Libra Civilis*, his in locis pendet 3xvi. 32. Loth / oder 128. Quintlein. vid. Mina seu Mna.
- Libra Medicinalis*, in omnibus Officinis Pharmaceuticis in usu est, pendens Uncias duodecim 3xij. vel 396. oder sechs und neunzig Quintlein / sicut libra Romana, vid. Mina seu Mna.
- Libra pensilis*, Germ. Eine Waage / hoc signo notatur *ꝝ*.

- Libyanon*, est epitheton quorundam Collyriorum. *Gal & Aetius.*
Libyestasum scythica, *Sylitra*, *Eutiglycea Theophr.* Radix dulcis, vid. Rad. Liquiritiae.
 Germ. Süß Holz.
- Lichen arboreus*, est Pulmonaria arborea. Germ. Eichen Lungen Kraut.
- Lichen*, est Hepatica, vid. Herb. Hepatica fontana.
- Licinia*, latinè vocantur Linamenta, vel ex Panni linte frustulis, vel ex Stuppis benè pexis parata. Quæ Vulneribus & Ulceribus induntur. Vocantur etiam Tentæ, vid. Lemniscus. *Lex. Brun.*
- Liculmen*, vocari creditit *Langius* salsum Piscium Liquorem colatum, sive Garum, lib. i. Epist. 59. *Lex. Brun.*
- Liembiri*, dicitur Acetum, vel Fex ejus.
- Lienaria*, *Anonium*, *Lamium*, vid. Flores Urticæ mortuæ. Germ. Todte Nesselblumen.
- Lign.* ita à Medicis præscript. sive in Libris notatum, legendum est Lignum.
- Ligni Aloës proba*, vid. Proba Agallochi, Germ. Die Probe des Paradisus Holzes.
- Lignum*, quid significet omnibus notum est, Lignorum usus in Medicina multifariæ, potissimum triplex: Diæteticus, sive Coquinarius & Culinaris, Pharmaceuticus & Chyrurgicus. &c. Sign. , .
- Lignum Aloës*, seu *Agallochum*, vel *Agallochus*, *Lignum Paradisi & Sandæ Crucis*, *Xylo Aloe*, *Xylum Aloes*, *Tarum Plinii*, *Calambricum*, *Tabrobanum lignum*. Germ. *Paradies- oder Aloës- Holz*. Est Lignum exoticum pretiosum, ex Arabia, atque India, (præsertim ex Provinciis Malacca & Summatra aduentum, fâltem in frustis, & quidem raro magnis, quod optimum nigro purpureum, venis Cinerei Coloris intersectum, amarum, ponderosum, resinosum, Liquorem resinosum, si Prunis, candente Ferro imponatur, exudans & suave olens: Haud postremum bonitatis Signum, si aquæ supernatat. Distinguitur Agallochum ab Aspalatho, ex eo, quod hoc in Ignem injectum flammescat, & in Cineres abeat: Agallochum vero Resinæ instar ebullit, & Prunis injectum liqueficit, vid. *Bontius in Garzia* Cap. 16. Plura legenda sunt apud. *Dioscorid. Schröderum, Hoffm. & alios.*
- Lignum Aloës Rhodiorum*, *Lignum Rhodium*, *Lignum bugiae*, *Aspalathus supposititus*. Germ. Rhodifer Holz.
- Lignum Aromaticum*, *odoriferum*, *Machazari*, *Machoziri & Mazahari*, est Santalum Citrinum, flavum seu luteum. Germ. Gelber Sandel.
- Lignum Aspalathum*, *Florum magna est suavitas*, suntque multi & parvi; ipsa Planta Frutex est densis ramis, Spinis albis, duris, horridis, Cortice caudicis albo, ad trium Cubitorum & plus altitudinem in altum asurgent. Verum Doctores qui antehac fuerunt, Aspalathum nescientes, Citrinum substituerunt Santalum & Meum. &c.
- Lignum Balsami*, seu *Xylobalsamum*, Germ. *Balsam-Holz* / ejus Planta Frutex est, seu Arbuscula, tres Cubitos ad summum alta, Folia alens, Rutæ foliis similia. *Syriacum* dicitur Rutæ folio. *Ægyptiacum* Lentisci folio. Nascitur sponte in Arabia Felici, unde olim in Iudeam, & hodiè in Ægyptum translata, loco quodam occluso, Cayro vicino, quem Matream vocant, colitur. Ejus Ramusculi qui recentes, tenues & odorati probantur, *Lignum Balsami*, seu *Xylobalsamum* nominantur.
- Lignum Brasilium*, seu *Brasilianum*, vel *Brasiliense*, *Pseudo-Santalum rubrum*, seu *Arbor Brasilia*, Germ. *Brasilien-Holz*. vid. *Baubinus*.
- Lignum Buxi*, seu *Buxum*, Frutex est, quædam tamen in Arborem crescit. In Germaniæ Hortis passim voluptatis gratiâ plantatur. Germ. *Buchsbaum*.
- Lignum Camphoræ*, Germ. *Campher-Holz*. Est Lignum Arboris hujus nominis, in India seu Insula Burneo crescentis.

Lignum

Lignum Colubrinum, Lignum serpentarium, Clematis Indica, Ligni Colubrini, alterum genus Garziae. Germ. Griess-Holz / Schlangen-Holz. Advehitur ex Insula Zeilon, in qua tres Species crescunt, ut quidam volunt quod hoc lignum Radix sit. Eligendum amarum, non cariosum, grave, colore cinereo &c.

Lignum Crucis Sandæ, vid. Agallochum, seu Lignum Aloës.

Lignum Cupresi, seu Cupressi, Germ. Cypressen-Holz.

Lignum Ebenum, seu Hebenum, Germ. Eben-Holz. Exoticum est, crescit in Aethiopia & India, & Insula Helenæ & Mauritii. vid. Paracelsus de Xylo Hebeno.

Lignum Fagi, seu Fagum. Germ. Buchbaum-Holz. Fagus crescit tam in Sylvis quam in montibus.

Lignum floridum, seu pavananum, vid. Lignum Sassafrassum. Germ. Sassafras.

Lignum fœniculatum, vid. Lignum Sassafras. Germ. Fenchel-Holz.

Lignum Fraxini, seu Fraxinum. Germ. Eschen-Holz / oder Wund-Holz. Crescit hinc inde in Sylvis, aliisque locis, à quibus nominatur. *Guajacum Germanicum,* Germ. Deutsch Franzosen-Holz. vid. Ettmüller. in Regno Vegetabili, pag. 45. *Lignum Fraxini quoque est Lignum sympatheticum.* Germ. Wund-Holz / vid. Schottus in Jocoseriis Naturæ & Artis. &c.

Lignum Guajacum Germanicum, vide Lignum Fraxini.

Lignum Guajacum & Gajacum Indicum, Paracelso verum Lignum Hebenum, Hagoxylon, & Agioxylon, Lignum Indicum, Lignum Sandum, Guacan, Guajacon, & Quajacum, & Xylageum. Germ. Bocken-Holz / Franzosen-Holz. I. Quod in Insula St. Dominici crescit, & in medio ob vetustatem nigricans est, vocatur Guayacon. II. Quod in Insula St. Johannis crescit, primo ferè simile, vocatur Lignum Sanctum. III. Quod prioribus minus, externè & internè albificans cum subtilibus lineamentis, odore & virtute acutius. Hæc tria genera in Virtutibus ferè sunt similia. Eligendum est Lignum recens ponderosum, succulentum, quod carboni impositum fumigat, posterius præstat, quod colorem ruffum, spadiceum, flavum, lividumque simul mixtos habet.

Lignum Hebenum, vid. Lignum Ebenum.

Lignum Heracleum, vid. Oleum Ligni Heraclei.

Lignum machazari, & Machoziri & Mazahari, est Santalum citrinum. Germ. Gelber Sandel.

Lignum indicum, vid. Lignum Guajacum, sive Sanctum.

Lignum Juniperinum, est Lignum Fruticis Juniperini, hinc inde in sylvis crescentis, satis notæ, montosis collibus, & locis aridis delectantibus. Germ. Bachholder-Holz.

Lignum Lentiscinum, Germ. Mastix-Holz. Crescit in Italia in magna Copia, & in Insula Chia & Cypro. &c.

Lignum Nephriticum Europæum, sive Germanicum, est Betula, sive Lignum Betulæ ob Virtutem nephriticam. Germ. Birken-Holz. Videatur Helmontius, Ettmüllerus & alii.

Lignum Nephriticum, quod ex Nova Hispania, seu ex NovoMundo assertur, vocatur Lignum cæruleum, Santalum cæruleum, Lignum ad Renum affectiones, Lignum ad Urinæ incommoda, Lignum ex novoMundo Pyro simile, Lignum peregrinum Nam cæruleam reddens, C. B. inter genera Fraxini numerat, Lignum exoticum. Germ. Griess-Holz / vid. Kircherus, Schottus, Schroed. Ettmüllerus, Monardes & alii.

Lignum odoriferum, est Santalum citrinum. Germ. Gelber Sandel.

Lignum pavananum, seu floridum, vid. Lignum Sassafras.

Lignum Quercinum. Germ. Eichen-Holz. Crescit hinc inde in Sylvis, posset quoq; Lignum Sanctum Germanicum nominari.

Lignum Rhodium, seu Rhodisium, & Lignum Rhodium Oleastrum, Lignum Roseum, Rhodoxylon, Lignum Aspalathum roseum. Germ. Rhodifer-Holz / oder Rosenholz. Aspalathorum quatuor modernis innotuerunt species. Cortice cinereo, ligno

purpureo seu Dioscoridis. Secunda, colore Buxi. Tertia albicans torulo citreo. Quarta rubens. Verum Officinis nostratis non nisi secundam & tertiam suppetunt. Prior est Aspalathi species lobelii. Posterior, dicitur Rhodium lignum, quibusdam Agallochum, Oleaque Aethiopica. Rhodium lignum vulgare, roseum habet Odorem, durum est, grave, densum, gustu amarum. In Istro, Syria, Insula Rhodo Insulisque fortunatis, altitudine unius hominis crescens, crassitie cerasi, colore ferè Macis. vid. Schröd. & alii.

Lignum sandatum, vid. Lignum Guajacum. Germ. Franzosen-Holz.

Lignum santalum, exoticum lignum ex Indiis ad nos transportatum est. Germ. Sandel oder Sandel-Holz. Tria genera Santalorum sunt, *Album*, *Citrinum* (quod etiam *flavum*, *luteum* & *aromaticum* vocatur, & *odoriferum*, *Machoziri*, *Mazahari*, & *Machazani*) & *Rubrum*, interdum annumeratur *lignum nephriticum*, quod nominatur *Santalum cœruleum*, præstantissimum est *Santalum citrinum*, succedit *album*, infimas tenet *rubrum* planè inodorum. Eligendum autem *Citrinum*, *odoriferum* suaviter fragrans, magnam habens medullam, grave, nodosum. Hujus in defectu recipi potest *album*. Videatur, Schröd. Ettmüll. Riverius, & alii.

Lignum sassafras, seu *sassaphras* & *sassafrascum*, *Lignum floridum*, *Lignum pavatum*, lignum exoticum est arboris prægrandis, odorem habens instar Fœniculi, propterea à quibusdam vocari solet *lignum fœniculatum*. Germ. Sassafras- oder Fenchel-Holz. Ex Florida novi Orbis Provincia advehitur, ubi nascitur folio ferculneo, cortice ex fulvo nigricante, aliquantulum acri sed aromatico, odore ferè Fœniculi & Cinamomi mixto redolente. Dicitur & Pame. Radix ejus optima est, deinde rami, tertio truncus, sed Cortex omnibus præfertur. Potissimum crescit in Insula St. Helenæ & Matthei. Plura legenda sunt apud Manardum.

Lignum serpentarium, vid. Lignum Colubrinum. Germ. Gries-Holz.

Lignum sympatheticum, vid. Lignum Fraxini. Germ. Eschen-Holz.

Lignum Tamariscinum, vid. Cortices Tamaricis, seu Tamarisci.

Lignyodes, est Fuliginosus, Fuligo. Germ. Russ. Lex. Brun.

Ligula, item *Lingula*, in Pharmaceuticis notat Mensuram aliquam Cochleari majorem continentem Semunciam, exceptis duobus Scrupulis. Scribonum. 111. 144. 220. &c.

Liguisticum, vid. Herb. Rad. & Semen Levisticæ.

Ligustrum, Germ. Hardtriegel, vid. Flores Ligustri.

Lili, Terminus est Paracelsicus, denotans vel Subiectum Tincturæ, quod & *Leo* ruber, vel rubeus vocatur, vel ipsam Tincturam. Est vel illud Subiectum vel Electrum minerale vel ipsum Antimonium, utic colligere licet ex Tr. Helmontii inscripto Arcana Paracelsi.

Lilium aquaticum, vid. Flor. Nymphæ. Germ. See-Blumen.

Lilium, Germ. Eine Lilie. vid. Flores Liliorum, vel Radices.

Lilium Cœleste, vid. Rad. Iridis nostratis. Germ. Schwertel-Wurzel.

Lilium palustre, seu *Rosa palustris*, vid. Flor. seu Rad. Nymphæ. Germ. Seeblu-men-Wurzel.

Lilium inter spinas, *Lilium Caprinum*, *Caprifolium*, Germ. Speciellien/ vid. Fl. & H. *Lilium*, præter Botanicam significationem à Paracelsis accipitur pro *Lili* sive *T.Ra.* *Lilium* est ♀. & Flores illius *Lili*. De Pellicano in *T.Ra* Philosophorum. Est quinta Essentia Sulphuris: ♀ fixum. Mart. Ryl. & Johns.

Lilium Paracelsi, pro Tinctura Antimonii reponatur. Johns. Lex.

Lilium purpureum, seu *sylvestre*, est *Lilium montanum*, vid. Rad. Martagi.

Lima, Germ. Eine Feile/ Instrumentum est quo Scobs, Limatura, Rasura aut ramamenta fiunt deterendo. Uſus est Limarum in Pharmaceuticis propter res, quæ non facile tundi atterique possunt. Est alia crassior, alia tenuior.

Limaces albae, *nigræ* & *rubræ* sunt Cochleæ testâ carentes, seu Cochleæ nudæ, Germ. Schnecken ohne Häuser/ ad usum medicum ante Solis ortum colliguntur. vid. Cochlea.

Limaco-

Limacodes, est Positivum, significans locum uidum, humidum & herbaceum.
vid. Hippocr.

Limatio & Limatura, Germ. *Fenel-Spān* / vid. *Lima*. *Sign.* ♀.

Limatura Chalybis, *Stomomatis Scobs*, Germ. *Fenzl-Spān von Stahl*. *Sign.* ♂,
○, ♂.

Limax, vide *Limaces*. Germ. *Ohne Häuser kriechende Schnecken*.

Limbus, *Paracelso* est magnus & universus Mundus, Semen, & prima hominis
Materia. Est etiam Cœlum & Terra, superior & inferior Sphæra cum
Elementis quatuor, & quæcunque his comprehenduntur. *Mart. Rul.* ♂
Johns.

Limnestum, seu *Centauroides*, *C.B.* aliis *Gratia DEI*, est *Gratiola*. Germ. *Wild
Aurin* / vid. *Herbas*.

Limonada, est species *Julepi*, cui *Limonum Succus* cum *Saccharo* ingreditur,
& præparatur ex *Mf.* ▽ *Fontis*, *Mf.* *Vini albi* cum *succo unius vel 2. Li-*
monum, & pro lubitu *Wz.* vel *Wz.* *Sacchari alb.* *pulverisati*, & cum *Cor-*
ticibus Limonum exteriorum, in minutissimas partes quadratas, incisis
invicem commixtis. Germ. *Limonada*.

Limonia Mala, vid. *Citria Mala*. Germ. *Citronen-Aepffel*.

Limoniata Smaragdina, præparatur ex *Lap. Smaragdo* præparato, *Gran. Pœoniæ*
excoct., *Extr. Pœoniæ*, *Corall. rubr.* præp. solut. *Corall.* & *Perlar.* *Lign.*
aloës, *Extr. Croci*, *Pulv. Cinam.* *Visci quercini*, *Gran. Kermes*, *Sem. Aceto-*
fæ, *Citri excoct. Portulacæ*, *Mag. CC.* & *Margarit. c.s. q. Syr. Cort. Citri*.

Limonium cordi, est *Pyrola*, vid. *Herb.* Germ. *Waldt Mangold*.

Limonium Gesneri, est *Bistorta* vid. *Rad. Bistortæ*. Germ. *Natter-Wurz*.

Limpidum, i. e. *Purum* & *Purgatum*. *Mart. Rul.* ♂ *Johns.*

Limura, i. e. *Calx viva*. ♀. Germ. *Ungeldschter Kalch*.

Limus Terræ, *Paracelso* vocatur totius mundi Machina, vid. *Limbus*.

Linamentum, dicitur *Linteum carptum* vel *vulnerarium*, quod *Vulneribus &*
Ulceribus inditur, sunt & variæ species *Linamentorum*. *Lex. Brun.*

Linaria, Germ. *Leim-Kraut* / vid. *Herbas*.

Linaria, præter Botanicam significationem, nomen est *Aviculæ ad Cort.* dul-
ces pertinentis, de qua scribitur, quod morbo comitali laborebat; nihilominus
hodieque usu venit ad cibos. vid. *Aldrov. lib. 18. cap. 8. & 9.*

Linctus, idem quod *Eclætos*, *Eclæma*, & *Looch*. Germ. *Dünne Lattwergen*.

Linctus synanchicus, præparatur ex *zij*. *Conf. Ros. rub. zj.* *Rob. Granor. Actes*,
zij. Rhodomel. &c *Cynocopri. 3vj. M. fiat Linctus*.

Lineon, *Lineleon*, est *Oleum de Semine Lini*. Germ. *Leinsamen-Oel*.

Lingua Arietina, seu *Ovis*, vid. *Plantago minor*. Germ. *Spikiger Wegerig*.

Lingua Avis, vid. *Semen Fraxini*. Germ. *Eschbaum-Saamen*.

Lingua Bovis & Bubula, vid. *Buglossum*, veltlor. aut Rad. Germ. *Owsen-Zung*.

Lingua Canina, vid. *Cynoglossum*. Germ. *Hunds-Zung*.

Lingua Cervina, vid. *Scolopendrium*. Germ. *Hirsch-Zungen*.

Lingua Hircina, est *Planta similis Buglossæ*, nisi quod folia strictiora habet.

Lingua Pagana, vid. *Hippoglossum*. Germ. *Zäpflein-Kraut*.

Lingua Serpentina, vid. *Ophioglossum*, Germ. *Natter-Zunglein*.

Lingua Viperina & vulneraria, est *Ophioglossum*. Germ. *Natter-Zunglein*.

Lingula & Ligula, vid. *Ophioglossum*. Germ. *Natter-Zunglein*.

Lingula, idem quod *Ligula*, significat Mensuram aliquam Cochleari majorem.

Linimentum, latè dicitur id, quod illinitur, sive inungitur, & ita comprehendit

Olea, *Unguenta & Adipes*, vide *Aleipa*. *Linimentum*, est Medicamen-
tum externum, consistentiâ inter *Oleum* & *Unguentum mediâ*. Germ. *Ein-
Säblein*.

Linimentum melluminatum, præparatur ex *Aquilegiæ*, *Menthæ*, *Nuc. Mosch* Sal-
viae aa. *zj.* *Onis usti zj.* *Mellis ziv.* *M.f. instar Linimenti*.

Linteum crocatum, fit coquendo *Linteum* cum *Croci zj.* in ▽ *Rutæ* & exsiccando
ad usum servando.

Linum, vid. Semen Lini, Germ. Lein-Samen.

Linum Beate seu *Sandre Marie*, est Linaria. Germ. Lein-Kraut. vid. Herb.

Linum saxatile, seu *Linum vivum*, est Alumen plumosum.  Germ. Feder-weiß.

Linum, præter Botanicam significationem translatum refertur etiam ad Lapidem Amiantum, vel Asbeston, aut Carystium vivum, & qui linum incombustibile dicitur, teste Lang. lib. 1. Ep. 66.

Lipidatoria, sunt Mundificantia, seu Mundificativa. Germ. Säubrende oder reinigende Mittel. *Sylvat.*

Liparis, Nomen Piscis alicujus, adeò pinguis, ut nihil aliud esse videatur, quām Pinguedo. vid. Aldrov. lib. 3. de Pisc. cap. 11. Lapis quoque quidam Liparis dicitur Plinio l. 32. c. 12. qui suffitus omnes Bestias evocare creditur.

Liporrhinos, epitheton Salamandræ, apud Nicandrum, in Alexipharmaco ita dictæ. &c. *Lex. Brun.*

Lippa, pro *Leme* vel *Gleme*, id est Sordes Oculorum, Rhod pag. 424.

Liquabilis, idem quod *Liquescens*, dicitur de medicamentis, tūm quæ virtute Δnis colliquantur, tūm quæ ex humidis quibusdam, velut Δva, Φto, Ζ no constant. Δne liqueficit Propolis, Cera, Resina, Ladanum, Sevum, Φto solo liquefunt citrā Δnem, Ammoniacum, Opopanax, Galbanum, Sagapenum &c. Galen. lib. 3. Cap. 5.

Liquamen, idem quod Garon, Garum, vid. *Liculmen*.

Liquamen pingue Macrocosmi, est Petrolæon, vid. Ol. Petræ. Germ. Stein-Oehl. **Liqua Mumia**, i. e. Adeps humanus. Mart. Ruland. & Johns.

Liquatio, est vel Fusio aut Deliquium, sive est, cum quod in unum coaluerit, solvitur liquando, ut possit fluere. Mart. Rul.

Liquatum est, quod Consistentiam diffuentem instar undosorum accepit. Mart. Rul. & Johnsonius.

Liquefactio, quæ est Corporis mineralis, vi Ignis majoris Dissolutio. Estque duplex. Simplex vel probatoria. Liquefactio simplex est, quando Corpus nullum alium in finem, quām ut fundatur, liqueficit. Probatoria, quando Corpus liquatum probatur, imperfectumque à perfecto separatur, idque per cineritum, aut per θum. Mart. Rul. & Johns.

Liquida Ambra, seu *Liquidambra*, vid. *Ambra liquida*.

Liquidum resolutum, est, quod ex primo ente, vel ex sua Natura liquidum est. Germ. Was flüssig ist in seiner ersten Materi. Mart. Rul. & Johns.

Liquiritia, Germ. Süß Holz. vid. Radices Liquiritiae.

Liquiritia cocta, sive *Tornata alba*, præparatur ex Amydo, Σ Rad. Ireos Flor. vel Spec. Diajreos simpl., Rad. Liquiritiae pulv. & Sacch. pulveris. cum s. q. mucilag. Tragac. alb. f. f. a. Baculi sive Arundines tornatae. Germ. Weiß gebaeten Süß Holz.

Liquiritia cocta Citrina, vel *Tornata*, præparatur ex Pulv. Rad. Ireos Flor. vel Spec. Diajreos simpl., Pulv. Croci Or. Rad. Liquiritiae, Sacchar. pulveris. & f. q. Mucilag. Trag. f. a. in Bacill.

Liquor, in genere idem est quod Humor. Rhod. & Scribon. in Pharmaceuticis diversimodè accipitur. *Lex. Brun.*

Liquor acuens, vid. Lac Scammonii.

Liquor Alcabest, seu *Altabest*, vid. Alchahest, seu Altahest.

Liquor Aquilegius, est Vinum destillatum. Mart. Rul. & Johns.

Liquor Cornu Cervi succinatus, præparatur ex Θle C.C. vol. & Succini aa. cum f. q. Σ C.C. f. a.

Liquor Diureticus, est Aqua ex Nucleis destillata. Germ. Kern-Wasser.

Liquor Essentialis, qui à Membris interioribus extrahitur, & in Carnem Sanginemque transmutatur. Mart. Rul. & Johns.

Liquor Herbarum fit ex Herbis cum tota substantia contusis, & in vitro conclusis, in MB. aliquot diebus coctis, Succo colato per pannum calore Erum, Mellis spissitudinem acquirit. Mart. Rul. & Johns.

Liquor.

Liquor Mercurii, est Balsamus rerum, in quo latet ac consistit omnis vis Curatio-
nis vel Sanationis, sive persanandi Virtus. Ejusmodi & us valde potens
est in Tereniabin & in Nostoch. *Mart. Rul.* & *Johns.*

Liquor, multarum Rerum Oleum est cum adjectione ejus Rei, cuius est. Li-
quor Terebinthinæ est ejus . Mart. Rul. & Johns.

Liquor Mumiae, est Adeps humanus, & est Oleum Gummi. *Johns.* & *Mart. Rul.*

Liquor Nitri fixi, vid. Salt Nitri fixi.

Liquor purgans Salis Tartari, est Terra Tartari foliat.  *Mullerus* & *Rolf.*

Liquor, quamvis de quolibet Humore dici possit, in specie tamen denotat per
deliquum paratum, quem Oleum aliæ, nonnunquam Balsamum dicere so-
lent. Sæpè & pro Destillato Liquore haberi potest.

Liquor Sacchari, vid. Oleum Sacchari Beguini. &c.

Liquor, sæpè apud Chymicos vocatur Δ. Sic Oleum è Sulphure Cupri, voca-
tur Ignis Veneris, & Ens Veneris. *Johnson. in Lexic.*

Liquor Salis, est Balsamus Naturæ, quod sustentatur Corpus, ne putrefacat,
Mart. Rul. & *Johns. Lexic.*

Liquor spleneticus, ex Nitro & Tart. vid. *Schrœderus lib. 4. fol. 223.*

Liquores, interdum etiam Subtiliores, Spirituosi & Volatiliores sunt, ut *Liquor*
C.C. succinatus, & *Liquor oleofusus* *Sylvii. &c.*

Lisis, i. e. Dissolutio. Germ. *Zersetzung*.

Lite, est nomen Emplastri viridis, quod ex Ærugine, Cera & Resina conficitur.
Galen. lib 2. de C. M. P. G. Cap. 2.

Litemus, dicitur Stercus Muris. Germ. *Maus-Roth.* *Plin.*

Lithanthrax, vocatur Carbo fossilis, sive è Terra erutus, & est lapideus Car-
bo, species Gagatis: Est nihil aliud, quam induratum & excoctum sub
∇a bitumen Calore, sunt duplices tales Carbones: Alii leves & rari, ut
∇æ nonnunquam innatent, propter Terræ excoctionem, *Theophrasto*
Geodecs dicti: Alii graves, qui dicuntur Lithodeis. *Rulandus* putat eos
Lapides bituminosos, causam esse quare in multis locis Montes fla-
grant &c. *Lex. Brun.*

Lithargyri, *Mart. Rulandus*, pag. 306. septem Species ponit. Videantur.

Lithargyros, *Lithargrum*, & *Lithargrium*, Germ. *Silber oder Gold-Glatte* / est
Argenti Spuma, ita dicitur Medicamentum Metallicum, non sponte
quidem nascens, sed in secundis Fornacibus emergens, dum Plumbum
vel ejus Arena ab Argento aut Auro seceritur: *Lithargyrum Paracel-*
so est Spuma & rii, vulgo autem Argenti, sed Plumbi potius Argentum
repurgatis, ejusdem Fatinæ haberur aureum, Eadem artificio utrum-
que paratur, inter purgandum, quæ dicta sunt Metalla. Vel *Lithargy-*
rus nihil aliud est, nisi Plumbum, beneficio cujus per Fusionem depu-
ratum fuit ♂rum & ♀rum. Aut *Lithargyrum Officinis*, spumosum est
Excrementum, è purificatione Argenti, quæ per Plumbum fit, residu-
um. Duo ejus Genera communiter statuuntur, videlicet ♀rum,
quod Coloris minus saturi, & ♂rum, quod saturioris Coloris, magis ad
rubedinem vergentis, existit. Verum tamen non nisi Coctione differunt,
aureumque magis coctum est, quam ♀rum, sed propriè nihil aliud
est, quam Plumbum. h. vid. *Mart. Rul. Ettmüller.* & alii.

Lithodæmon, est Lapis Dæmonis, qui dicitur Gagates. *Sylvat.*

Lithodendron, *Dentrites*, *Corallium*, *Gorgonia*, vid. *Coralium*, Germ. *Corallen*.

Lithontriptica, sunt Medicamenta Saxifraga, sive quæ Calculum frangunt &
conterunt. Germ. *Steinbrechende Mittel*.

Lithos, i. e. Lapis. Germ. *Ein Stein.* vid. *Lapis*.

Lithosiston, i. e. Lapis Aluminis. Germ. *Alaun*.

Lithospermum, vid. *Semen Mili Solis*. Germ. *Meer-Hirsen*.

Litos, Lite, significat Simplex, Tenue, minimè Operosum aut Elaboratum. Ita
Compositiones Diamoron & Diacodion, vocantur Litai, *Galen. lib. 6. de C.*
M. S. L. cap. 3. & lib. 1. cap. 2.

Litra est Libra, Germ. *Gewicht*.

Litri-

- Litritos**, i. e. Cueumer agrestis. Germ. Kümmerling.
- Litron & Litrum**, idem quod Nitron, Nitrum. Germ. Salspeter. Lex. Brun.
- Litteristum**, est nomen Febris certæ & Remedii contraillam, apud Paracelsum cura per Litteristum, Cura Characteristica, sive Magica est. Lex. Br.
- Lixandram**, est Sal Hammoniacum, * vid. Sal Armoniac. Germ. Salmiar.
- Lixivium**, apud Chymicos interdum vocatur *Aqua saponaria, Aquaprima, Capitellum, Caustica spuma, Gutta prima, saponaria gutta, Spuma Batava*. John. Lex.
- Lixivium**, est Sal Alkali fixum, quod ignis torturas patitur. Germ. Laugen. Sals. Lex. Blanc. Sign. 4o, ℥, ™, ℒ, ™, Δ, ♫.
- Lixivium**, est Sal ∇ a solutum, præparatur vulgo ex Eribus, ex quibus mediante aqua, Sal quod continet, elixiviatur. Germ. Laugen.
- Lixoperitum**, est Medicamentum Infrigidativum. Germ. Ein erßtend Mittel.
- Lixus**, i. e. Coctus, idem ferè quod Elixus. Mirandola lib. 2.
- Lobos & Lobus**, in Botanicis significat Siliquas, vel Legumina siliquosa, quæ & Dolichi, Phaseoli vocantur. Gal. c. 28. Lobi dicuntur etiam candidæ illæ particulæ in Florum Rosarum rubrarum foliis, quibus calici adhaerent infixa, alias Ungues dictæ, quæ etiam resecantur. Gal. lib. 4. de C. M. S. L. cap. 7.
- Localia Medicamenta**, sunt quæ externè applicantur, ut Emplastrum, Linimenta, Unguentum &c. Germ. Eusserliche Mittel.
- Loch, Looh & Lochoch**, idem quod Linctus & Eclegma, vid. Eclegos.
- Loci Chymici**, dicuntur Fornaces & Vasa apud Chymicos, Theatr. Chym. Vol. I. pag. 206. In specie in artificio Lapidis Philosophici locus vocatur Ovum vitreum, i. e. Vasculum ad ovi figuram conflatum. Vol. IV. p. 403.
- Locus Pharmaceuticus**, est vel natalis Medicamentorum, vel progressionis, vel præparationis, vel asseverationis. Scbræd. lib. 1. cap. 13. 22. & 28.
- Locustæ**, in Botanicis aut Vegetabilibus sunt idem ac Oculi aut Gemmæ Populi, aut Florum prodromi, vel Ramorum extremitates in arboribus adhuc teneræ; Locustæ Sambuci sunt Germina illa laxantia, vel potius purgantia.
- Loh**, ita à Medicis præscriptum, sive alias notatum, legendum est Lohoch, sive loch. Germ. Ein dicer Saft.
- Loligo, Lolinus**, nomen est Animalis marini, sive Pelagii mollis, utriusque sexus majoris & minoris, vid. Aldrov.
- Lomentum**, idem est quod Farina Fabarum, præsertim Ægyptiarum. Scribon. n. 159. & Rhod.
- Lonchitis altera, Asplenium majus seu sylvestre, Spicantum, Lingua cervina**, Germ. Hirsch-Zung / vid. Herbas.
- Lopimos**, dicitur de fructibus Castanearum & Glandium, & similibus, idem, quod possint decorticari &c.
- Lopos**, Corticem significat; apud Hippocr. verò ita vocatur Corii pars durior & densior, Tergus teste Gal. lib. 2.
- Loppa**, Terminus Spagyricus, ad Cimentationis artificium pertinens. Tb. chy. Vol. I. pag. 548. seq.
- Lora, Thamna**, Vinum secundarium & vilissimum pro familia, indignum Vini nomine, paratum ex acinorum folliculis expressis in dolia conjectis, quibus ∇ affunditur. Lindan. ex X. S. 183. 196, & 200. &c.
- Lorcha**, est tota Locustarum Ducedo usque ad centrum Substantiæ, id est germinum arboreorum, sive extremitatum. Paracelsus de Melle cap. 2. M. Rul. & Johns.
- Loricatio**, est Actio chymica, quando Retorta igni nudo exponenda, luto, Argilla, aut alia materia obducitur. Lex. Blanc.
- Lorus**, id est Mercurius. §. Mart. Rul. & Johns.
- Lot & Lotium**, est urina □. 2. Urina Infantum. Mart. Rul. & Johns.
- Lotio**, id quod Lavatio, est quodammodo Balneum particulare, quo caput, axillæ, manus, pedes & genitalia abluuntur, idq; De coctis medicamentosis. Lavantur

- tur etiam nonnulla Medicamenta, idquè propter eorum falsedinem & acrimoniam, ut in Calce, Tutia, aliisque Lapidibus contingit. Germ. Waschung.
- Lotium**, id est Urina Infantū. Germ. kleiner Kinder Urin Mart. Rulandus & Johnsonus.
- Lotus bortensis**, *Lotus odorata* seu *sativa*, *Trifolium Cervinum* seu *odoratum* Germ. Sieben gezeit vid. Herbas.
- Lotus urbana** seu *sylvestris* vid. *Melilotus* Germ. Stenidler.
- Loxia**, est nomen Avis, quæ & Corvi rostra vocatur, cuius descriptionem & usum exhibet Aldrov. L. 12. cap. 47. Sunt etiam, qui Aquam, è qua portavit *Loxia*, item *Stercus*, contrà Epilepsiam hodieque commendant. Lex. Brunonis.
- Lozangie** & **Lozange**, idem quod *Morsuli*, nomen formæ Medicamentorum, vid. *Morsuli* seu *Morselli*. Germ. Morschellen.
- Luban**, *Luban* est Thus à Libano, vid. Olibanum. Mart. Rul. & Johnsonus.
- Lubricitas**, *Lubricons*, *Lubricus*, dicitur de Alimentis & Medicamentis, ob humiditatem materialem facile transeuntibus, & virtutem laxandi vel solvendi habentibus Gal. L. 1. de Al. fac. cap. 1. ita Ptisana dicitur Lubricissima Hippocr.
- Lucanus**, idem quod *Scarabæus cornutus*, *Scarabelaphus*. Germ. Ein Schröder vid. Schräed. L. 5.
- Lucerna**, nomen Piscis marini volantis est vid. Hirundo. Lex. Brunonis.
- Lucii piscis Adeps**, est Pinguedo Lucii seu Lupii vel Lupi Piscium voracissimi Germ. Hecht Schmalz. *Lupus* siquidem Veterum, marinus piscis est, figuræque à Lucio alienæ. Schräderus. L. V. folio 330.
- Lucii piscis Mandibulae** seu *Maxilla*. Germ. Hecht Kiefer.
- Lucumbra**, *Pheminalis*, *Pysnitis Apuley* vid. Verbascum Germ. Wülfkraut.
- Ludus**, præter notissimam significationem, Paracelso, Helmontoque dicitur *Lapis peculiaris & arcanum contra Calculum remedium*, ita dictus à formati, tesseræ vel cubi, quæ semper reperitur erutus. Legatur Paracelus de morbis ex Tartar. Tract. 2. Cap. 1. Helm. de Lithiasi cap. 7. n. 21. seq. Theatr. chym. vol. 6. pag. 454.
- Ludus**, est *Lapis ex Vesica excisus*, qui remedium omnium Calculorum. Mart. Rul. & Johnson. Bekerus ad omne sedimentum tartareum & sabulosum, quod in Urina subsidet & matulæ adhærescit, applicat, ejusque usum & facultates medicas explicat, Microcosm. Medic. L 1. p. m. 109. seq.
- Lujula**, *Jujula*, *Oxys Plinii*, *Oxytriphylon*, *Panis cuculi* est *Acetosella* Germ. Saurer Klee vid. Herbas.
- Lullii Cœlum** est *Spiritus Vini* V.
- Lumbr.** ita à Medicis præscript. & alias notat. legend. est *Lumbrici*.
- Lumbrici** etiam in Aquis putridis reperiuntur. Germ. Schneblizen/Feulen/Wachtern Mart. Rul. & Johnsonus.
- Lumbrici intestinorum**. Germ. Bauchwürmb vid. Helminthes.
- Lumbrici nitri**, *Intestina simi*, Scholices à Lumbricitate sic dicti, *Vermes* in fimo vel **Wra** reperti. Germ. Regenwürmb so im Müst liegen/Mettel/Pirren/Müstwurm. Mart. Rul. & Johnsonus.
- Lumbrici terrestres**, *terreni*, *Mellæs*, Paracelso *Intestina, terræ*. Germ. Regenwurm/Erdfwurm. Præstant reliquis ii, quorum collum rubris annulis seu cingulis cingitur.
- Lumbrici terrestres torrefacti** vel *exsiccati*. Germ. gedörrte Regenwurm primò per aspersionē Salis purgantur, ex quibus o. Spiritus, & Sal volatile destillantur.
- Lumbus Veneris** seu *Supercilium Veneris*, *Herba militaris*, est *Millefolium* Germ. Schaffripp vid. Herbas.
- Lumen** & **Lux**, omnibus notum est, vel constat ex physicis Lex Brun.
- Lumen perlarum** ex **q**rio Philosoph quæ fiat? vid. Th. chym. T. 1. pag. 309.

- Lumen Luminum, vocatur Vis tenuissima Sulphuris pura, non urens, estque forma & splendor omnium, qui illuminat omnia corpora, item Tinctura illustrans & perficiens omne corpus.* Th. Chym. Tom. IV. pag. 879.
- Luminella* vid. Herb. Euphrasiæ Germ. Augentrost.
- Luna*, d. propriè significat Astrum respectu visus nostri magnum, inter Planetas infimum, & Globo terrestri proximum &c. Vid. Galenus, Sturmius & alii Sig. D, ∇ .
- Luna chymicis & Spagyricis* significat Argentum vide Argentum.
- Luna compacta* est Lutum fixum vel Aurum album Mart. Rul. & Johnsonus.
- Luna*, interdum quoque mysticè vocatur Margarita argentea & Essentia Bismuthi, Libav. S. A. Ch. L. 7. cap. 14. Mercurius quoque Philosophorum Luna dicitur vel Liquor Lunariæ. cap. 27. & L. 5. cap. 12. alibi.
- Lunaria Botrytis*. Mon. Kraut oder Mon. Rauten. Vid. Herbas.
- Lunatici*, dicuntur Epileptici, quia per mutationem Lunæ cursus, Epilepticis paroxysmus exacerbatur; Germ. Möhnsüchtige. Lex. Blancardi.
- Luna Axungia* est Terra Sigillata Lignicensis Vid. Terra Sigill. Strigensis.
- Luniscus*, dicitur Spagyricis \wp , cum ad Lapidem d. tificum adhibetur. Libav. apoc. Herm. P. post. Th. II. Oper. P. 346. & 347.
- Luparia* Vid. Rad. Lupariæ seu Rad. Aconiti lutei Germ. Wolffs Wurzel.
- Lupinus*, vide semen Lupinorum. Germ. Feig. Bonen.
- Lupinus* est *tertia pars Scrupuli* sive Gr. viij aliquando Gr. viij. Fernelio. Gr. vi Agricolæ & Mercuriali Gr. viii. Drachma pendent Lupinos novem, aliquando decem, *Siliqua Dimid. Lupin.*, *Lupini 3. Scrupulum unum pendent.* Lex. Brun. & Blancardi.
- Lupulus salicarius*, Vid. Herb. seu Flores Lupuli Germ. Hopfen.
- Lupus* est Animal digitatum quadrupes, ferum, rapax, Ovium Hostis aliarumque pecudum &c. Vid. Aldrov. L. 1. de Quadruped. digit. Vivip. c. 6 seq. Germ. Ein Wolff, cuius Hepar in usu Medico est. Germ. Wolffs Leber.
- Lupus arvium* est Accipiter. Germ. Ein Sperber, Falch oder Habich. Interdum ejus Pinguedo & Excrements in usu Medico sunt.
- Lupus gryseus & rapax* vocatur Antimonium $\ddot{\tau}$. Germ. Spieß Glas.
- Lupus Mineralium* $\ddot{\tau}$ ium est, quoniam instar Lupi devorat omnia metalla, praeter \odot rum, ut legere est apud Ettmüllerum & alios.
- Lupus* est quoque Phalangii vel Araneæ species, quæ Muscas perdit, eisque pascitur, corpus habens latum & volubile &c. Vid. Aldrov. de insectis L. 5. cap. 12.
- Lupus Piscis*. Germ. Ein Hecht / lupus siquidem Veterum, marinus Piscis est, Figuræque à Lucio alienæ. Schræd. L. V. fol. 330.
- Lupus rapax & gryseus* est Antimonium $\ddot{\tau}$ Germ. Spieß Glas.
- Lupus reptitus, voluhilis Mesues*, *Volubilis magna est Lupulus salicarius* Germ. Hopfen vid. H. & Flor. Lupuli.
- Lupus* Species quoque Cancri est nimirum in Chyrurgia, crura & tibias occupans, proximas carnes depascens & exedens instar Lupi famelici; estque è genere Phagedænarum. Forestus.
- Luscinia* item Philomela, nomen Aviculæ canoræ noblissimæ, vid. Aldrov. Libro 18. Ornithol. cap. 2.
- Lustum*, *Pinguedo*, *Cremor* & *Flos Lactis*, *Pyonpiar*, *Aphantisma*, Germ. Rahm / Schmandt / Milchraum. Mart. Rul. & Johnsonus.
- Luta varia* describit Beguinus Tyrocin. L. 2. cap. 6. eaque satis probata pro Fornicibus construendis, & ∇ a pingui ex pilis vaccinis, pro retortis loricandis, ex Argilla figulina, Stercore equino, Farina Laterum, Squama ferrini, Vitro $\ddot{\tau}$ sato, vitris fractis consolidandis, ex Ψ & \mathcal{T} , super Laciniam linéam extendenda, cum vernice $\ddot{\tau}$ Lithargyrii vel Min $\ddot{\tau}$ mixt. &c.
- Luteum, luteum ovi*, est *Vitellus* Germ. Enerdotter. \mathfrak{Y}
- Lutatio*, est Vasorum Chymicorum Lutatio sive ob signatio. Germ. Verlutirung. Sign. \mathbb{E} , ∇ , Δ , \mathbb{N} , \mathbb{N} .

LII

- Lutea* nomen est *Aviculae*, quæ & *Cirrus* vocatur vid. Aldrov.
- Lutosa* □ na, *Lutoſus Tartarus*. Germ. Schleim von Utrin.
- Lutra*, Animal dicitur quadrupes, Castori simile, quod nunc in ▽ra nunc in ▽is degit vid. Aldrov. de Quadrup. dig. Vivip. l. 2. c. 13.
- Lutron*, *Balneum Lavacrinum*, est quoque nomen Medicamenti Ophthalmici. vid. Gal. Libro 4. de C. M. S. L. cap. 7.
- Lutum Armeniacum* sive *Armenicum* est Bolus Armen. Germ. Armenisch Bolus.
- Lutum Divinum* vid. ▽ sigillata Turcica Germ. Türkische gesiegelte Erde.
- Lutum Lemnium*, *sigillum Lemnium*, *Terra Sacra*, *gleba Lemnia*, *Rubrica Lemnia* vid. Terra Lemnia Germ. gesiegelte Erde aus der Insul Lemnio.
- Lutum Magra*, est *Rubrica* Germ. Röthel-Stein. *Mart. Rul. & John.* ▽, Ø,
- Lutum* est Materia quædam glutinosa. ▽ æ subacta, ut Farina triticea, secalicea, Lini seminis, ovi albumen & similia, vel ex Scobe ♂ tis, Farina Laterum, vel ♀ Lithargyrii, vel Minii, cum Ol. Lini vel Vernice, ex ♀ & ♂. Ex his Lutis quædam vocantur.
- Lutum Philosophorum* vel *Sapientie*. Th. Chym. Vol. IV. pag. 1003. Sig. Ø, ▽, Z, Z, ♀, F, LN.
- Lutum Sigillatum* est ▽ ra Sigillata. *Mart. Rul & Johnsonus*.
- Lutum Stelle* est Gypsum. Germ. Gyps. *Mart. Rul & Johnsonus*.
- Lux*, vel idem quod *Lumen*, Differentia inter *Lucem* & *Luminare* legatur Th. Chym. Vol. I. p. 350: quod Lux prius creata, deinde Luminaria.
- Lysar*, *Lysari*, id-est Antimonium. ♂. Germ. Spieß-Glaß.
- Lybisticum* vide *Levisticum* Germ. Liebstöckel.
- Lychnion* nomen est Medicamenti ad inunctionem Oculorum. Gal. l. 4. de C. M. S. L. cap. 7.
- Lycium*, est succus extractus & coquendo inspissatus ex Ramis ac caudice arboris Pyxycanthæ sive Lycii, vel Spinæ Buxæ, sed cuius succus varii dicitur. Provenit in variis locis, ut in India, Hispania, Creta, Capadoccia, Lycia &c. Est Medicamentum adstringens. Germ. Buchsdorn. Gafft.
- Lycopodium* est muscus terrestris. Germ. Gurtel-Kraut oder Erd-Moos. vid. H. Musci terrestris.
- Lydius Lapis*, *Coticula*; *Lapis Heracleus*. germ. Probier-Stein vid. Lap. Lydius.
- Lympha* significat Purgamentū, Sordes, quæ vel abluendo deponuntur, vel etiam à ventre rejiciuntur. Hippocr.
- Lympha* notat ▽ am fluentem. Germ. Ein fliessendt Wasser Lex. Brun.
- Lynceus* est nomen Collyrii, callos & cicatricem oculorum exterentis vid. Galenus & Egineta.
- Lyncurion* & *Lyncurius Lapis*, vid. Lapis Lynchis. germ. Luchs-Stein.
- Lyncurium Lapis*, *Lyncurium*, *Elephantum*, *Pterygophorum*, *Charabe* seu *Carabe officinarum* album, *Succinum* album Germ. Weisser Augstein. vid Succinum.
- Lynx*, *lupus cervarius*, germ. Ein Luchs. Animal quadrupes ferum, maculis in pelle eleganter pictum, visu acutissimo praeditum. Vid. Aldrov. l. 1. de Quadrup. c. 3. & Schröderus.
- Lypros*, dicitur de Terra arida, gracili, sicca & solo sterili. Galenus Sic & apud Theophrastum arbores dicuntur steriles, tristes; Fœf. p. 392.
- Lyra*, est nomen piscis marini, rubri, capite magno osso, cuius duæ habentur species. Aldrov. l. 2. de Piscibus cap. 7. & Gallus marinus.
- Lysimachia* germ. Weiderich. vid. Herb.
- Lysiponion* est nomen Medicamenti acopi cujusdam. vid. Eginet. l. 7. c. 19.
- Lysis*, aliquando significat Evacuationem Alvi, præsertim apud Latinos, ubi alvi solutio frequentissimè occurrit. Lex. Brun.
- Lysiteles*, dicitur de Remedio, quod perfectè morbum tollit. Linden. § 41.
- Lytron*, dicitur Pulvis sudore & sanguine permixtus, sive Sanguis pulvulen-tus; In specie Hippocr. usus de Vteri Sanguinis inquinamentis vel purga-mentis in Epist. ad Damagetum n. 285. Lex. Brun.

M.



Ità simpliciter præscript. seu notat. legend. Manipulus. Scribitur sæpè tribus Literis, ut *man.* In fine formularum M. significat Mi-
• sce, Misceatur seu Mixta.

Macedonicus, est epitheton, in specie Emplastri, cuius descriptio habetur apud
Æginet. L. 7. c. 17. planè simile est Tetrapharmaco dicto, quod solo Thu-
re saltem superat. Gal. L. 13.

Macer veterum, est Cortex crassior, lignosus, rubescens, alicujus Arboris In-
dicæ ejusdem nominis, ex Barbaria afferri solitus, gustu valde amarus &
adstringens, adeoque differt à Maci; quanquam interdum à modernis
confundantur. Est & genus Maceris insularum orientalium, quod forsan
idem cum *Veterum*. vid. *Schraederus*.

maceratio, est species Infusionis, quando dura quædam corpora in ∇ a alio-
ve liquore, mediante calore, infunduntur: nam hōc modo magis aperiuntur.
Germ. *Weichung* Lex. Brun.

Macha, id est Vermiculus volans germ. Ein fliegender Käfer. Mart. Rul. & Johns.
Paracelsus vocat *Scarabæum*. Schol. in l. 2. Paragr. C. de Verm.

Machal, id est Fixum germ. fix/ hafst / stat. Mart. Rul. & Johnsonus.

Machaon, est nomen proprium Medici Gentilium, qui habitus est filius Æsculapii
& frater Podalirii. Vid. *Scribon.* & *Lex. Brun.*

Machinar, est, ex quo Vasa vitreatur. *Johnsoni Lex.*

Machus, dicuntur Paracelso, omnes Scarabæi & Insecta quæ non ex stercoribus
generantur. Paragr. L. 2. §. 5.

Macis Macer & Maces, *Macir*, *Machir*, *In volucrum Nucis moschatæ*, membrana
tenuis est ex rubro flavescens, quæ Nucem Aromaticam seu Moschatam
contegit & amplectitur. Germ. Muschcat Blüth oder Muschaten Blü-
men. Ex India affertur, & provenit copiosissimè in Insula Banda, proba-
tur odore & sapore.

Macra est Terra rubra germ. Rothe Krenzen Mart. Rul & Johnsonus.

Macrocosmus id est Mundus major seu universus, sicuti *Homo Microcosmus* sive
minor mundus. germ. die ganze grosse Welt. Vid. Gal. Paracelsus & omnes
Physici.

macropiper. germ. langer Pfiffer Vid. *Piper. longum*.

madanos, præter alias significationes sunt Sedimenta Urinæ. Lex. Brun.

Madelcon, vocantur à quibusdam hōc nomine Bdellium, teste Dioscor. Libro I.
Cap 80.

Madic id est Lac post Butyrum germ. Buttermisch. Mart. Rul. & Johnsonus.

Mena, *Menis*, nominatur Piscis quidam littoralis foecundissimus. Olim usitatis-
simus ad garum parandum Vid. Aldrov. L. 2. de Piscibus c. 39.

mag. ità à medicis præscript. sive aliás notat. semper legend. magisterium.

Magale, *Magalum* genus est: quicquid sit ex Mineralibus, quod ex Oleitate con-
sistere potest, proinde pars quælibet corporis, non gurgando, sed mun-
dando curatur. Johns. Lex. 2.

Magdaleones, sunt Cylindraceæ Emplastrorum vel aliarum rerum Massæ, ob-
longa formâ germ. Pfloster Zapfen oder Rolle Lex. Brun.

Magia Metaphysica est Ars Christianis licita, non venefica, neque superstitionis
seu supernaturalis, per quam occulta quævis Arcana revelantur, ut Me-
chanicæ industria, opus est manuale. Hæc Mart. Rul. & Johnsonus Synt.
Th. Chym. Vol. I. Pag. 665.

Magis